Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

DAB DK

No. 3538.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REG

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

DE PRAECIPVIS REBVS GESTIS ILLVSTRIS VIRI D. IOANNIS RANTZOVII,

Equitis aurati, pridie Idus Decembres, Anno 1565. in vera Filij Dei inuocatione in Holſatia defuncti, Carmen Panegyricum.

Ad Nobiliſsimum & Illuſtrem uirum D. Henricum Rantzouium, filium eius, & Sereniſsimi regis Daniæ, Friderici Secundi in Ducatu Holſatienſi Vicarium ampliſsimum.

LIBRI III.

Autore Chriſtophoro Kellinghauſen.

Conferatur cum hoc Poemate Elogium Ioh. Ranzovii, quod sine dubio conscripsit filius Henricus, tanto parente dignus, insertum Epistolis consolatoriis ad eum exaratis, quas collegit ediditque M. Georg. Ludov. Frobenius. Francof. 1593. in 8°. Caeterum hic Kellinghusius idem est, qui sub personato Christiani Cilicii nomine de Bello Ditmarsico

FRANCOFORTI,

narrationem edidit, quam multi sed falso Henr. Ranzovio adscribunt. Conf. Placcius in Theatr. Pseudonymor.

Excudebat Petrus Brubachius, Anno Chriſti Seruatoris noſtri unici,

Preuskingii.

M. D. LXVII.

IMAGO PRAESTANTISſimi Herois, D. Iohannis Rantzouij, Equitis aurati, qui obijt Anno Domini M. D. LXV. die XII. menſis Decemb. cùm uixiſſet annos LXXIII. & menſem I.



Felix, quem uirtus generoſa exornat auorum,
Et uirtute ſuis adijcit ipſe decus.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

PRAESTANTISSIMO NObili & generoſo uiro, domino Henrico Rantzouio, Regiæ Maieſtatis Daniæ in Ducatu Holſatiæ locum tenenti & conſiliario digniſſimo, S.

Volenti mihi, nobiliſsime atq; ampliſsime uir, opuſculum hoc, quod de rebus geſtis parentis tui, clariſsimi uiri, uerſibus contexeram, ad te mittere, parantiq; unà literas, quibus has ſtudiorum meorum primitias tibi dicare, nominiq; tuo inſcribere ſtatueram, ex re ipſa incidit cogitatio, quis ego eſſem, & ad quem uirum ad ſcribendum me componerem. Quæ cogitatio tam me affecit uehementer, tamq; altè pectori hæſit meo, ut ſtatim ad abijciendum omne ſcribendi propoſitum me conuerterit. Subibat enim, atq; hinc inde animo mihi obuerſabatur, quanta fortunarum tuarum amplitudo, quanta ingenij & doctrinæ in te facultas atq; præſtantia, quanta deniq; nominis tui claritas atq; ſublimitas eſſet, contrà, quàm exiguæ rerum mearum uires, quanta anguſtia, quanta eſſet ingenij & doctrinæ tenuitas, ut imprudenter omnino, & magna pudoris iactura facturus mihi uiderer, ſi tanta fortuna, tanta uirtute & dignitate uiro, ego ignotus importunis atq; impolitis meis literis obſtreperem. Sed uicit tandem ac fregit pudorem meum, omnemq; dubitandi cauſam eripuit, incredibilis tua & ab omnibus prædicata, ſed nunquam ſatis, bonitas atq; humanitas: qua mecum animo perpenſa (neq; enim ea, quæ in te, tanquam in prælto ac edito loco conſtituto, omnibus apparet, latere me potuit) futurum ſperabam, ut iuſtiſsimis ad id, quod agerem, rationibus adductus, ueniam audaciæ apud te meæ impetrarem. Quamobrem ſi quid ego inuerecundius, aut quàm ætatem meam decet, feciſſe tibi uidebor audacius, amanter humaniterq; precor, Vir ſpectatiſsime, ut ſingularem illam tuam humanitatem atq; manſuetudinem, quam ſoles præſtare erga omnes, in me retinere, neq; nunc ab ea diſcedere uelis. Nec uerò uereor, dum patris tui laudatiſsimi uiri mentionem facio, & res eius præclarè geſtas breuiter commemoro, ne deſiderium tuum refricem, & dolorem, quem acerbiſsimum ex obitu eius percepiſti, iam uerò temporis intericcta longinquitas partim mitigauit, partim præſens animi ratio minuit, ego admonitione renouem atq; adaugeam. Sed cùm conſidero, quæ tua ſit prudentia,

 facile

facilè eo metu liberor. Tunc enim certò mihi perſuadeo, ea te eſſe moderatione animi præditum, ut, cùm ſcias piorum ex hac uita diſceſſum nihil aliud eſſe, quàm ex maximis ærumnis & laboribus ad æternam fœlicitatem & quietem tranſitum, ac quandam quaſi commigrationem, ut tunc demum uiuere incipiant, cùm uixerint, placatè feras, quod ex obitu parentis uulnus accepiſti, & ita exquiſitis animi rationibus dolori tuo medearis, ut ſemel obductum nemo facilè tibi poßit refricare. Et profectò, cur te mœrore afficeres? cur illum plangeres, quem conſtat ex tempeſtuoſißimæ uitæ fluctibus & procellis in optatum & æternum tranquillitatis portum delatum, ac in eo nunc cœtu eſſe, de quo indubitanter ſacra nobis ſcriptura affirmat, beatos eſſe eos, qui in Domino moriuntur? Sed dabo, ea deſiderij noſtri, ut omni hæſitatione certiora, remedia nobis à Deo immortali præſcripta non eße, tamen conuincam, parentem tuum non lugendum. Etenim ſi certus eſt uiuendi modus & terminus, ultra quem nemini licet mortalium uitam prorogare, non ereptus nobis tuus parens, ſed ſuo fato functus, diemq; ſuum obijſſe putandus eſt, qui ea ætate deceßerit, in qua cùm naturæ, tùm uirtuti abundè ſatiſfeciſſet. Nam ad primum quod attinet, ita arbitror, uerè de eo dici poſſe, ad floridam illam & omnibus exoptandam ſenectutem ante obitum eum perueniſſe, de qua dulcißimè in Pſalmis dicitur: Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt, adhuc in ſenecta florentes & pleni uigore uirebunt & germinabunt. Alterum autem ita aſſecutus eſt, ut, cùm tota uita, præter in Deum pietatem & uirtutem, nihil ſibi magnoperè expetendum, nihil omnino præ cæteris excolendum propoſuiſſet, eaq; opinione res maximas pro patriæ ſalute, Regumq; ſuorum incolumitate & dignitate geßiſſet, adhuc ſuperſtes & uiuus, in patria non ſolùm cunctis ob uirtutem maximus clarißimusq; fuerit habitus, ſummisq; honoribus & gloria ornatus, ſed per uniuerſum quoq; orbem terrarum, omnibus uirtute & laude bellica clarus nominis ſui fama & celebritate innotuerit. Et quidem, ſi uerum eſt, quod Poëta quidam cecinit:

> Omnia poſt obitum fingit maiora uetuſtas,
> Maius ab exequijs nomen in ora uenit,

hæc quæ illo in uiuis exiſtēte ubiq; uiguit, floruitq; fama, eo rebus humanis exēpto non ceßabit, ſed iam primũ efferre ſeſe altius, totoq; orbe terrarũ diffundere incipiet, rerũq; ab illo geſtarũ memoriã ad omne poſteritatẽ perferet ſempiternã. Proinde hunc laborem meũ, uir ſplendidißime, tibi nõ ingratũ futurũ ſpero, in quo ſubeundo nihil ſperaui aliud, niſi ut meũ erga te & familiam tuam nobilißimam ſtudiũ

& ob-

& obſeruantiã teſtarer, alioſq; eruditiores hoc meo iuuenili conatũ excitarem, ut quo ipſi plus ingenijs & doctrina ualẽt, eò melius ſplendidiuſq; res geſtas parentis tui longè maximas ſcriptis ſuis illuſtrare & immortales poſteritati conſecrare anniterentur. Quod utrumq; me aſſecuturum confido, & eos excitatos iri, ut indignũ Muſis, ſuiſq; ſtudijs & literis ignominioſum putent, niſi tanti uiri nomen & decus ſcriptis ſuis celebratum ad poſteros tranſmittant: & te uoluntatem meam ſtudiumq; æquo animo approbaturum, hilariq; fronte & mente placata hoc opuſculum ſuſcepturum, atq; ut id facias, meq; tibi commendatum uelis, uehementer oro. Datæ Louanij VIII. Idus Maij, Anno M. D. LXVI.

Præſt. t.

deditiſs.

Chriſtophorus Kellinghauſen.

EGregium factis, et nō uirtutis egentē,
Fert animus celebrare uirum, qui bella potentum
Auſpicijs regum geſſit præclara per oras,
Hyberno uicina mari quas deſpicit Arctos:
Tu mihi, quæ laudes heroum, & ſplendida facta,
Inter Caſtalias canis exaudita ſorores,
Calliope, terraq; caua ſociata caducis
Nomina corporibus, tenebrisq; obducta iacere,
Magnorumq; uetas meritorum aboleſcere famā,
Aeterno decorans æuo, tu Diua canenti
Aſpira, & primæ repetentem exordia uitæ
Per memores laudes duc, atq; perennia facta.
Audi poſteritas ſeris uentura ſub auras
Temporibus, gratosq; iube meminiſſe nepotes
Virtutis ſpecimen ueræ, uerique laboris,
Et magnis precium factis expendere honorem.
At tu, uirtutis pridem ſpectate paternæ
Aemul , Ranzauidos atque altera gloria gentis,
Henrice, inuicti qui fungens munere regis,
Iuſticia patriam factisq; illuſtribus ornas,
Et celebrem meritis famam tranſcendis auorum,
Si quando grauibus curis ſtudijsq; grauatum
Oblectare animum, & fluctu ſubducere rerum,
Difficilesq; iuuat cantu lenire labores,
Huc ades, & patriæ præconia debita laudis
Carmine in anguſto recole, atque ingentia paruis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Facta legens intexta modis agnoſce parentem,
Et deſiderium fama ſolare perenni.
Accipe, quæ Muſa tenui, florente iuuenta,
Condidimus, quondam melius maiusq; daturi,
Si grauior uita ſuperante accreuerit ætas,
Impuleritq; ſacri melior nos numinis aura.
Interea teneram cultu ne ſperne Camœnam,
Et cœptis lætare fauens iuuenilibus heros:
Vt, qui uere nouo cultis ſpaciantur in hortis,
Cùm primo tellus aperit ſe læta uigore,
Inualidaq; latet puераſcens fœtus in herba,
Floribus oblectant animos, partumq; minatus
Detinet aſpectum terræ uiridantis amictus,
Donec maturi proſerpant tempore fructus.
Eſt uaſta ad gelidum Boreæ peninſula flatum,
Quam duo ſcindentem pelagi freta ſydere ſicco
Mænaliæ ſpectant urſæ, ditiſsima ſemper
Agrorum & pecoris, ſtudijsq; aſperrima belli:
Vagria primæuo fuit illi tempore nomen,
Pòſt etiam doctis regio appellata Latinis
Tranſalbina fuit: tandem uoluentibus annis
Holſatiam ſermone ſuo dixere minores,
Quòd madidis abducta locis, terraq; paluſtri,
In uirides ſaltus, nemoroſaq; rura recedat.
Flumina fertilibus circumdant quattuor undis:
Claudit ad occaſum Solis Stora, claudit ad ortum
Piſcoſis Billena uadis: Aquilonis ad oras
Eidora, nimboſum ſed terminat Albis ad auſtrũ.

Illa

Illa parens tellus armis animisq; ualentes
Progenuit Cimbros, quos inclyta fama per orbem
Euehit, occiduo quà conditur Oceano Sol,
Et quà luciferum ſurgens caput exerit undis.
Nō gens Aeneadas, dum uirtus integra manſit,
Necdum atram bellis peſtem ciuilibus hauſit,
Cladibus affecit uictrix maioribus ulla:
Cùm gelidas Rheni ripas, Alpesq; niuoſas,
Transgreſſa ingenti turba, uelut aſpera quando
Vrit hyems terram, inq; niuem ſeſe induit æther
Innumeram: ſiue alueolis æſtate ſerena
Effunduntur apes, & florida prata frequentant,
Armorum Latiam formidine terruit oram,
Auſoniasq; aquilas bello deleuit atroci.
Fidit Carbo fugæ, caſtrisq; pauore relictis
Explorat latebras, hoſtilem ſanguine Scaurus
Imbuit occiſus gladium, fert uincula collo
Manlius, expoſcit ſuperos, quibus auolet, alas
Cepio: confuſo iam tardior ipſe cruore
Excreſcit Rhodanus, correptaq; corpora defert.
Hi celebrem prima coluere ab origine terram.
Poſt hos robuſtis tenuerunt Saxones armis,
Acre genus belloq; potens, qui bella propinquis
Aſpera mouerunt numeroq; carentia Danis,
Donec in abſtractas ſedes, quibus accola Rheni,
Et Belgæ poſuere domos, Moriniq; remoti,
Carolus in terra primus Germanide Cæſar
Tranſtulit, & uacuos Obotritis reddidit agros:
Gurgite

Gurgite dum ſacro ſcelera emendare recuſant,
Et ritus tolerare nouos, armisq́; rebellant.
Plus minus hinc noſtro tria ſæcula magnus ab æ.
Impleuit Tytan, iſta cùm nobilis ora (uo
Stirps uiguit, uitæq́; gradu præluſtris equeſtri,
Quæ ſe Ranzauio iactauit nomine clara,
Vt ueterum congeſta docent annalibus acta.
Inde ſati fama celebres, nec laudis egentes,
Magnanimi heroes, quibus inclareſcere multis
Per populos meritis, regniq́; extendere fines,
Si placida ciues in pace quieſcere poſſent,
Semper erat curæ, regumq́; negotia primi
Ardua tractabant, & Martia bella gerebant.
Nemo iuſticia, nemo uirtutis amore,
Nemo fide uicit factisúe illuſtribus illos,
Siue toga quisquã, ſiue eſt expertus in armis.
His atauis proauisq́; ortus, quẽ dicere uerſu
Ingentem, rerumq́; iuuat decerpere flores,
Aethereos animo motus in luminis auras Anno Domi
Egrediens hauſit puer, & uirtutis auitæ ni 1494.
Semina, flagrantesq́; hæſerunt pectore flammæ.
Magnanimos imitatur auos generoſa propago,
Et fortem in ſobolem uirtus inuicta parentum
Porrigitur, laudisq́; animos accendit amore.
Non minus adiuncta ſolers labor adiuuat arte,
Quæ dedit in primo natura benignior ortu.
Quantum cura tenax operæ, uigiliq́; labore
Conſummata poteſt, ſic eduxere parentes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Sic rude præceptis aluere ſalubribus æuum,
Vt pietate Deum uenerari, grandibus orbem
Terrarum meritis decorare, calore peruſtum,
Duratumq́; gelu dio tolerare ſub alto
Militiam, & graue Martis opus, ieiunia uentris
Longa ſitimq́; pati, ridere in corpore uulnus,
Armaq́; geſtantem, terræ natalis in uſum,
Nulla metu inſtantis trepidare pericula lethi,
Eſſe uiam, qua magnanimis tellure relicta
Aſtra beata patent, nullo morientibus æuo,
Diſceret, & primis animũ informaret ab annis.
Nec caret euentu labor hic: ineuntis in æui
Flore puer, cunctis mirantibus, indolis altæ
Signa dat, ardentesq́; animo prorumpere motus
In tenero luctantur, & ardua fortibus auſis
Feſtinat tentare, moramq́; peroſa recuſat
Viuida mens, uirtusq́; ſuis maturior annis.
Scilicet ut cauti capiunt documenta coloni
Indicijs certis, anni præſaga futuri,
Amiſſum reparat tellus cùm uere uigorem
Alma ſuum, pubente nitens & meßis in herba
Proditur, enatæq́; refrondeſcentibus extant
Arboribus gemmæ, nec eget bona uinea ſignis:
Sic uiridi uirtus ſpectata relucet in æuo,
Aemula quos laudis ſtimulat natura paternæ,
Aut benè fulſerunt poſiti naſcentibus ignes.
Vix tribus adiectis duo luſtra peregerat annis,
Cùm pater ad ſedes ſuperas, & templa receßit

Alta

Alta poli, dulcis perfunctus munere uitæ.
Protinus, erepto per triſtia fata parente,
Indignum putat eſſe nefas & dedecus ingens,
Deſidis in luxu transmittere tempora uitæ,
Et patrijs hærere focis: ſubit impetus, altum
Moliri uirtutis iter, per quicquid acerbum
Atq; immite pati, fixum eſt, quocunq; uocabunt
Sorsq; Deusq; ſequi, famamq; extendere factis.
Non lachrymis perfuſa genas ſtillantibus udas,
Amplexuq; hærens genitrix, ſolamq; relinqui,
Et uiduum conqueſta thorum, non iure propinqui
Sanguinis, aut dulces illum remorantur amici:
Incautæ quanq; ætatis prætexere cauſam
Omnibus eſt curæ, ſuadentq; ualentius æuum
Adferat, & fortes in adulto corpore uires.
Nam ſimulac uiſum duri Mauortis in armis
Exigere ætatem, ſentitq; reſiſtere cœptis,
Nunc hos, nũc illos, clam matre et ſanguine iũctis
Nactus equum, uicina petit, quæ fortè per illam
Fixa plagam belli ſtabant in tempore, caſtra,
Militiæq; graues didicit perferre labores.
Tantum iuris habent generoſo in pectore motus,
Et uirtutis amor, laudumq; immenſa cupido.
Hic aditus belli primus, Martisq; ferocis
Prima rudimenta in rigidis exercita caſtris.
Nec facile eſt dictu, cùm fulgida ſumeret arma,
Quæq; domi ſimulachra ciens puerilibus annis
Tradiderat pater, in belli producere ſcenam

Anno Domini 1507.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Inciperet, quanta armorum perceperit uſum
Indole, bellandiq; artem, quàm corpore duram
Pertulerit uitam non impatiente laborum.
Non illo quiſquam uibrare peritior haſtam,
Aut melior forti gladium torquere lacerto
Cominus elatum, uenienti obuertere plagæ,
Et feriendo hoſtem petere, & uitare petentem:
Sulphuris aut actos imitante tonitrua flatu
Eiaculare globos, atq; ictu tangere metam:
Aut pernicis equi lento compeſcere freno
Præcipitem curſum, tardoq; refundere lora,
Et fodere hamatis ualidos calcaribus armos:
Nunc uirides recto transmittere tramite campos,
Nunc breuius ductis exire pericula gyris,
Aduerſo quàcunq; cadens uenit ictus ab hoſte.
At poſtq̃ matura uirum perfecerat ætas,
Vnus amor, labor unus erat, ꝓducere geſtis
Egregiam bellis famã, patriæq; ſalutem
Largiri ornatam ſpolijs, auctamq; triumphis,
Militis & partes æquare audacis in hoſtem,
Ductorisq; uicem gerere experientis in armis.
Nam docili cura percepit, ut horrida tutis
Ponere caſtra locis, ducto qua cingere uallo,
Cratibus & ſpiſsis congeſtam opponere terram,
Expediat, qua parte cauam præducere foſſam.
Qua compellandus ſit uoce, aut acer in hoſtem,
Aut timidus miles, deceat qua reddere pugnæ,
Et reuocare fuga dantem formidine terga.

Si moueat rixas ferus, imperiumq́; recuſet,
Ferueat & tota uehemens legione tumultus,
Quo cohibere queat pacto, quibus artibus ortus
Sedari furor, & poſsit miteſcere uulgus.
Illud opus magni eſt animi, nec gloria bello
Eſt minor experti ducis, & præſtantis in armis,
Cùm clangente tuba ſignisq́; uolantibus omnis
Excipitur campis exercitus, æquore plano,
Stant acies aduerſæ, & ſurgit ad æthera puluis
Horrifico fractus ſonitu, & uiſum eripit omnem,
Tunc faciem pugnæ componere, nec minus arte,
Quàm gladio ſuperare uiros, prænoſcere mentem
Ingeniumq́; hoſtis, nec ſolum robur & arma.
Sic ualidas inferre acies, ſic iungere frontes,
Et cuneos denſare, ut, quà belli impetus urget,
Auertant fortes, quà ſegnior incidit ictus,
Obſiſtant, quorum minus eſt iactura dolori,
Subſidioq́; alijs alij palantibus adſint.
Hinc etiã explorare ſitus atq; omne locorum
Ingenium, pugnamq́; locis inuadere tutis,
Vt uia ſit non dura ſuis, imperuia parti
Aduerſæ, ſalebrisq́; horrens, inde impete facto
Hoſtiles alas inopina rumpere clade.
Has aliasq́; artes belli, quas condere uerſu
Sit labor, armorumq́; frequens quas protulit uſus,
Et belli miſeris mortalibus extudit ardor,
Perdidicit, gnarumq́; ducem, roburq́; uirile
Præſtitit, arma ferens maturus & integer annis:

 Cùm

Cùm Mars bellipotens Mauortia caſtra ſecutum
Aggreditur (miratus enim) & ſic fatur ad illũ,
O ego te qualem, gentis fortiſsime noſtræ:
(Namque uiris armiſq; potens gens Cimbrica Martis
Progenies, hæc me capit agnoſcitq; parentem)
Accipio? quantumq; uirũ? tu qualia quondam
Funera? quas edes ſtrages, cùm numine dextro
Et cauſa fretus meliore, cruenta capeſſes
Bella tui ſed iuſta Ducis, populumq; rebellem
Adijcies armis ſubigens, & ſub iuga mittes?
Iam triſtes uideor pugnas iraſq; uidere,
Bellantum pariter ſeq; obſidione tenentum,
Obſcœnamq; famem: hinc totis concurrere campis
Armatas acies, urbes terraſq; iacentes
Turbari circùm, ſonitu cœlum omne moueri
Terribili, intonſos montes ſyluaſq; fragoſas
Contremere, atq; ipſos horreſcere cladibus agros,
Oſsibus & latè ſquallentem albeſcere terram:
Inde ratem, belliſq; aptam procedere claſſem
Remigio, & totum magnis clamoribus æquor
Miſceri: reuoluta ſalo ſpumantibus undis
Arma uirûm, galeas & inania corpora cerno,
Hyberni pulſant ubi Balthica littora fluctus.
Macte puer uirtute potens, ſic itur ad aſtra.
Heu dolor, in te etiam ꝙ non torquere timebit
Spicula, ſed paruo lædẽtia tempore, liuor.
Tu uerò ne cede malis, ſed ſtrenuus ito,

Quò

Quò tua te uirtus: cœptis fortuna fauebit.
Tempus erit (nec me diuûm ueniētia cælant
Fata Deæ, rerum nectunt quæ ſtamine fata)
Cûm tua ſublimi tollet ſe gloria cœlo,
Et celebres æquabit auos, clarusq́; triumphis
Ranzauidos decus immenſum celebrabere gentis.
Tunc Ducibus charus, populo iucundus, & oris
Notus in externis, ubi Sol oriturq́; caditq́;
Oceano, aſpicies pulchris tua ſurgere caſtra
Auſpicijs, clarisq́; ſenex lætaberis actis,
Naſcentum longa tibi poſteritate nepotum.
Ille hæc uaticinās, armisq́; ſonantibus alto
Aethere ſe miſcens, ſuper utraq; caſtra uolabat
Ancipiti tractu: aſt æui præſaga futuri
Dicta Dei cepere fidem labentibus annis.
Mos erat, Auſonius noſtros quo tempore præſul
Maiores uana ſub relligione tenebat,
Nunc illis tantùm durat regionibus error,
Lux ubi nondum etiam uerbi purgata reluxit,
Longinquas tentare uias, & buſta piorum
Inclyta, diuerſisq́; locis ſacra condita membra
Quærere, relliquias Diuorum, ædesq́; ſacratas
Muneribus decorare, atq; oſcula figere labris,
Qui placare Deum meritis ac pectore grato,
Et dignis fama cuperent clareſcere factis.
Tum fortunatam Solymen ſanctumq́; ſepulchrum
Viſere, quo noſtræ Deus unica cauſa ſalutis
Virgine natus homo, requieuit pallida membra

Compo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Compoſitus, diasq; iterum ſub luminis oras
Emerſit, terræ ruptis fulgore cauernis,
Poſtq; ceſſiſſet fatis trabe nexus ab alta,
Perfidia gentis, cui ſe demiſerat hæres
Aetheris, & terræ Dominus rerumq; creator.
Hoc adeò primùm uenerabile manſit ab æuo,
Seruatumq; fuit multos reuerenter in annos.
Sed nunc (ah duri nimis inclementia fati)
Hoſtis Idumæos ut flore liquoris odoros
Balſamei colles, & amœnos barbarus hortos
Poſſidet, ac bello uictæ ferus imperat oræ,
Exigui numero, Chriſtum luſtralibus undis
Confeſſi, Solymi deſerta incultaq; regni
Arua colunt: illi pendentes grande quotannis
Aeris onus regi, Memphitica regna tenenti,
Seruitium crudele ferunt, buſtumq; frequentant
Squalloris plenum tetri, & deforme ruina.
Hac etiã falſæ pietatis imagine ductus
Ranzauius, nec tam pietatis imagine ductus,
(Quanq̃ ſic illo ſe tempore uita ferebat)
Dulichij q̃ pulchra ducis documẽta ſecutus,
Vt mores hominum multos ſpectaret & urbes,
Bellandiq; modum peregrinis diſceret oris,
Et commune genus, Cimbris bellacibus ortos,
Vandalicaq; ſatos de gente, Gothiſq; ſuperbis,
Armis ingreſſos fines inuiſeret illos,
Orbe uagus toto terras quoq; ſole calentes
Eoo petit, & noſtro procul axe remotas,

Per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Per maris inſani fluctus, per inhoſpita nautis
Saxa tenens curſum, tempeſtatesq; ſonoras, Anno Domini, 1516.
Et rabiem cœli terræq; pericula paſſus.
Prima ferax ouibus, glebæq; Britannia pinguis
Vbere, pugnatis Hiſpania proxima bellis
Nobilis, & longas latasq; extenſa per oras,
Excipit: hic ſancti cineres de more Iacobi
Ritê ſalutauit, uotis animamq; uocauit.
Inde pererratis, quas ſæuis Teutones armis
Inſignes animisq; colunt, quas incola magnæ
Heſperiæ, quas Creta Iouis cunabula iactans,
Indomiti quas Thraces arant, Aſiæq; potentis
Aſpera gens terras, piſcemq; liquoris alumnum
Horrentes uiolare Syri, quâ Caſpia latè
Saxa ſonant, Tigrisq; rapax decurrit, & ingens
Labitur Euphrates, cœlo gratiſſimus amnis:
Antiquos tandem Solymos, uotisq; petitum
Peruenit ad Chriſti tumulum, terramq; ſalutans
Oſcula dat pronus pedibus, fragmentaq; ſpectat
Excidij, & diræ lachrymans monumenta ruinæ.
Hinc ad res ſacras accingitur, & pia uota
Suſcipit, ut mos eſt, cumulans altaria donis,
Auratiq; equitis præluſtrem ſumit honorem,
Militia cuius geſtant inſignia clari,
Cum reliquis donis, auratum calcar & enſem.
Hunc poſt egregijs factis & fortibus auſis
Protulit, & tractu decoratum temporis auxit. Anno Domini, 1517.
Quando Palæſtinam uir contigit inclytus oram,

C Tempus

Tempus erat toti miſerabile cladibus orbi,
Quo rex ille potens Aſiæ, dominusq́; ſuperbi
Selymus Euphratis, truculentos in fera Thracas
Bella Scythasq́; trahens, Othomãnorumq́; ſupſtes
Sanguine iam ſolus, cunctis gentilibus ipſo
Cum patre ſublatis, poſtquam uitalibus auris
In Syriæ Campſon exceſſerat obrutus aruis,
Alter & infelix uitam ſucceſſor ab illo
Fuderat, exangues anima fugiente ſub umbras,
Fune gulam fractus, regumq́; ſupremus eorum,
Qui dominis regni rapuerunt ſceptra peremptis,
Palmiferos colles Arabum, Libyamq́; feracem,
Felicesq́; hortos Syriæ, pulchramq́; Cyrenen,
Et pingues Phœnicũ agros, ac flumine Nilus
Alluit effuſo quotquot ſeptemfluus urbes,
Omnia felici uictor ſibi Marte ſubegit,
Sanguineisq́; furens Sulthanos eruit armis,
Sceptraq́; tercentum regnata nepotibus annos.
Iamq́; erat exactis animus diſcedere uotis,
Ecce manus onerati haſtis, leuibusq́; ſagittis,
Ex Mahometigenis procurrunt turbinis inſtar,
Quem niger impellit Boreas, abitumq́; parantem
Cum ſocijs heroa petunt, inſida putantes
Agmina, uix parua trepidus rate decipit illos,
Hæc niſi ſeruaret, traherent in uincula captum.
Magnanimos diuina uiros clementia ſeruat:
Fortunate ſenex, hæc in diſcrimine tanto
Maiores olim niſi te uoluiſſet in uſus

Viuere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Viuere, tinxiſſes inimicam ſanguine terram,
Nec te unq̄ reducem patriæ Solyme alta dediſſet.
Hinc mare deuectus, uentisq́; ferentibus uſus,
Parthenopen uenit: Euboicis urbs grata colonis.
Tunditur hæc tumidi reſonantibus æquoris undis,
Et magni gremio complectitur oſſa Maronis.
Hanc lapſo indigenæ dixere Neapolin æuo:
Quinetiam regnum illius de nomine nomen
Sortitum, lateq́; ſuas extendit habenas.
Huc iter emenſus Romam defertur in urbem,
Vrbem, quæ quondam uictrix terraq́; mariq́;,
Imperium terris, animos æquauit olympo,
Septemq́; una ſibi muro circumdedit arces:
Nunc ueteres tantûm ſeruat lacerata ruinas,
(Heu dolor incertæq́; uices) & nomina nuda,
Barbariciq́; notas monimentaq́; dira furoris
Hoſpitibus monſtrat, bellis perpeſſa nefandis
Vandalicas Gothicasq́; manus, Hūnosq́; cruētos,
Vndiq; coniectis uaſtantes omnia flammis.
Illic clauigeri iunxit patris oſcula plantis,
Egregia qui ſe Medicum de gente ferebat,
Et decimus nomen crudele Leonis habebat.
Inde per Italiam, dictamq́; à Teutone terram,
Multiplici rerū, præclarorumq́; uirorum
Auctus notitia, dū regna per ampla, per urbes,
Carpit iter, patrijs tandem ſe reddidit oris.
Tunc Ducis uſurpans titulū Fridericus auitum,
Holſatiæ fines placida ditione regebat,

 Inſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Inſignis pacis ſtudijs: hic ardua poſtq́;
Facta uiri, fama referente, & ad omnia dextrum
Ingenium, quacunq́; uiam ſtruit inclyta uirtus,
Anno Domini, 1520. *Percipit, extemplò uitæ morumq́; magiſtrum*
Adiungit nato, Chriſti cognomine dicto,
Et iuueni uerbis commendat talibus illum:
Nate ſeneſcentis ſpes una & cura parentis,
Hunc tibi cuſtodem uitæ morumq́; tuorum
Conſtituo, tua dicta comes, tua ſingula facta
Hîc regat, & cæco uariantem errore iuuentam
Præceptis formet prudentibus: ipſius ergo
Virtutem ſectare puer, nec ab illius ore
Inſtabilis uitæ pigeat componere curſum.
Quô res cunq́; cadent, mecum tibi numinis inſtar
Hic habeat, primisq́; uirum mireris ab annis.
Vocibus his ſenior lachrymis manantibus uſus,
Ambos ablegat Ducis Electoris ad aulam,
Cognomen tribuunt cui priſco condita Brenno
Mœnia, quæ bibulæ ſulcator Hauelus arenæ
Perfluit, & Sueui tenuerunt Semnones olim,
Cui ſe fluminibus fœcundis Marchia ſubdit,
Et flauæ Cereris multis uberrima donis:
Hoc duce Teutonicā proficiſci mādat ad urbem,
Vangiones olim qua gens antiqua colebāt
Vitiferos colles, & conſita frugibus arua.
Tunc illic, toto Imperij coeunte Senatu,
Anno Domini, 1521. *Conuentū Cæſar magnis de rebus habebat*
Carolus, ad regni primùm prouectus honores.
Namq́;

Namq; hic iam notus ſcriptis & uoce Lutherus
Cæſaris accitus iuſſu: ſub præſide tali,
Et iuxtà procerum pulchra ſtipante corona,
Edita quæ paßim uulgauerat ante libellis,
Voce recognouit, confeſſaq; dogmata coràm
Aßeruit, ſcriptisq; ſuis conſtanter adhæſit.
Hic quoq; Ranzauio, teneris inſederat annis.
Si qua graui cura labes inducta parentum,
Regnaret toto cûm publicus error in orbe,
Tunc pia uox audita uiri deterſit, & omnem
Abſtulit, ac uanos cœpit dediſcere cultus
Paulatim, uictasq; manus Chriſto obtulit ultro,
Relligionis amans heros, ueræq; ſalutis.
Hinc duce digreſſus comitante reuertitur oras
Ad patrias, magnoq; ſuis exceptus honore,
Quid de alijs rebus, de relligione ſupremus
Arbiter Imperij conuentibus egerit actis,
Commemorat, pendent omnes narrantis ab ore.
Protinus eximia nactus uirtute fauorem,
Præficitur rebus magnis, lectusq; magiſter,
Splendida ſunt cuius commißa palatia curæ,
Euehitur: regũ non hic honor ultimus aulis.
Interea regni qui Danica ſceptra gubernat,
Inſcribens titulo Chriſtũ, ſed nomine tantùm, Christianus II. Rex Dan.
Non etiam factis, gladio crudeliter utens Anno Do-
Imperium exercet, magnaq; tyrannide ſæuus: mini. 1522.
In proceres graſſatur: inundant ſanguine campi
Effuſo Gothici, nec Balthicus ipſe colorem

Oceanus priſcum retinet, mutatq; cruore.
Iamq; omnes icto coniurant fœdere dirum
In caput (iniuſtæ Deus ipſe Tyrannidis oſor,
Et uindex ſcelerũ eſt : reges ſolet ille ſuperbos
Sternere, flagitijsq; breuem concedere curſum)
Vlciſciq; parant ferro tot acerba ſuorum
Funera, dux tantùm cœptis audacibus adſit,
Cui referant regni moderamina ſumma uacantis.
Ergo ducem, cuius uirtus incognita bellis
Fridericus Dux Slesvici & Holſ.
Haud erat, & ſeruata fides in tempore pacis,
Holſatia accerſunt, & cum diademate regni
Sceptra ferunt, profugiq; uocant in regis honores.
Verùm ille exoſus turbas, inſanaq; bella,
Pacataq; ſuos malens ditione tueri,
Quàm grauibus fines aliorum inuadere belli
Sumptibus, in profugi ſuccedere regis habenas
Abnegat, agnati prætendens ſanguinis ortum.
Adſuit his rebus, uocemq; accepit ab ore
Sceptra recuſantis, mox talibus ora reſoluens
Ranzauius fatur: Princeps placidiſsime gentis
Cimbrorum, quænam ſubijt ſententia mentem?
Túne adducentes tibi Sceptra potentia regni
Dimittes? poterisq; pati diſcedere terra,
Atq; alijs hinc ferre, coruſcantemq; coronam,
Et regni locupletis opes, uiresq; ſuperbas?
Non ſine conſilio diuini numinis ingens
Obijcitur fortuna uiris, fugit illicò in auras,
Ni cura uigilante animi explorata tenetur.

Ire

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Ire ſub arbitrium uoluiſſent Suecica dudum
Regna tuum: ſed quid? dũ tu cunctaris, & hæres
In longum cauſam trahis, utilitate coacti
Delegêre ſuæ regem ordine gentis equeſtri,
Huic populi faſces & frena regenda dederunt.
Tentabũt eadem, niſi diſcutis ocia, Dani.
Non libet expulſo uulnus geminare Tyranno:
Es patruus, credo: aſt ille eſt fugitiuus & ipſo
Extorris regno: terris rogat omnibus errans,
Quod nuſquam datur, auxilium: niſi prælia paci
Anteferes, ſortemq; uoles amplectier omnes
In caſus, iam iamq; alios in regna locabunt,
Veſtraq; ſtirps ſceptris ꝓcul excidet omnis auitis.
Quare age rumpe moras, & rem decernere ferro
Incipe, non aberit, quæ ſe Dea præbuit ultrô.
His alijsq; uiri dictis ſtimulatus, honorem
Accipere oblatum, rigido compeſcere ferro
Marte rebellantes, animum capit: urbibus ergo
Finitimis conducto agros uelociter implet
Milite, cui belli ductorem deſtinat ipſum,
Vt regat, atq; apto componens agmine ducat.
Nec mora, ſuſcepit curam, rebusq; paratis
Vtilibus longum belli Mauortis in uſum,
Egelidas Danorum ingens exercitus oras
Ingreditur, uaſtant pedites cultoribus agros
Diſcurſu, & latê turmæ populantur equeſtres.
Mox loca uicina inuadunt, urbesq; propinquas,
Et ſubigunt armis ꝗbus arma opponere cordi eſt.

Suecí Friderico Duci regnum olim obtulerunt, sed frustra!

Inq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Inq; fidem accipiunt, quibus eſt ea gratior armis.
Innumeras ſtrages effuſa licentia ferri
Ederet, haurirentq; domos incendia, & urbes
Proruerent, toti lucerent ignibus agri,
Et denſis fumans tenebreſceret aura fauillis:
Nec furor obſtaret, quin omnia cædibus eſſent
Polluta, in mœſtæ oppeteret uir coniugis ulnis,
Inq; uiri amplexu coniux, in ſanguine nati
Concideret pater, inq; parentis ſanguine natus:
Ni ducis arceret uirtus, qui militis iram
Indomitam, & pœnis rabiem frenabat acerbis,
Atq; ultrà inſtari ponentibus arma uetabat.
Nam data q̃primùm mandata capeſſere tendit,
Feſtinatq; armis imponere ſanguine finem
Paucorum, partumq; domum portare trophæum.
Cincta procelloſæ iacet inſula Thetyos undis,
Terra riget Boreæ ſæuis ubi Danica flabris:
Hinc patrio ſermone maris uocat incola terram.
Hanc petit egregius ductor, præq; omnibus unã
Irruit, hanc totum quaſi portam claudere regnũ,
Et captam facilem credit promittere palmam.
Johannes Ranzovius Hafniam obſidet.
Surgit in hac celſis urbs nobilis Haphnia muris,
Sceptriferis ſemper domus aulaq; ſplendida cultu
Regibus, in quorum pandunt inſignibus ora,
Et fulua oſtendunt terni ordine terga leones.
Illam naturaq; loci, doctoque labore
Munitam artificum circumſidet: integer annus
Vertitur, exæquatq; ſuum Sol aureus orbem,

Inſtau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Inſtauratq́; nouum, belli dum plurima ad urbem
Arte laboratur cinctam obſidione moleſta.
Sulphuris æratas rapido nunc turbine glandes
Eijciunt cannis: hoc terra fragore tremiſcit,
Et ſonitu quatitur pelagus, cœlumq́; remugit:
Eruitur uallum, rimiſq́; patentia raris
Mœnia uoluuntur, pinnataq́; culmina lapſu
Omnia proſternunt uicina, trahuntq́; ruinam.
Nunc ipſam ardētes ſtudijs irrumpere in urbem,
Et foſſas implere parant, ac ſcandere muros,
Quà leuior ſors eſt, interlucetq́; corona
Rara uiris, omniq́; aditus à parte retentant.
Pars manibus flammas in propugnacula iactant,
Nectere pars ſcalas, & uellere mœnia certant.
Inuadunt alij portas, & ferrea pulſant
Clauſtra reſoluentes, actiſq́; bipennibus inſtant.
Non minus in uallis ſtantes defendere ciues
Vrbem annituntur, confertiſq́; undiq́; terra
Aggeribus tecti detrudũt mœnibus hoſtem,
Et contis figunt præfixo grandibus ære,
Excutiuntq́; faces, ipſiq́; per agmina ſparguut
Hærentum uallis, faſtigiaq́; alta petentum.
Quà ſpiſſa eſt acies magis, & globus ingruit in-
Ingenti lapides mole, atq́; immania tigna, (gens,
In coaceruatam deuoluunt robore turbam:
Illi transuerſi cumulum uoluũtur in unum
Labentes, teliſq́; ſuis læduntur & armis.
Sæpe etiam denſo procurrũt agmine portis,

Et uigiles transgreſsi extantes ordine primo,
Incurſu ſubito terrent, iterumq; recepti
Mœnibus euadunt, ærataq; limina claudunt.
Non opis hæc addunt aliquid, pandũtue ſalutem,
Sed ſuſpenſa mora cumulant diſpendia tantûm.
Nec iam ſufficiunt ultrà: namq; undiq; cincti
Hafniæ obſeſſæ fames Obſidione graui, donec nouus incidit annus,
Poſtq; res omnes ueſcas, alimentaq; uitæ
Omnia conſumpſere, fames infeſta ſecuta eſt,
Et ſtomacho poſcente dapes, rerum omniũ egeni,
Non uiolare canes (horrendũ) & uertere in eſcã
Formidant, turpesúe in uiſcera cõdere feles,
Ieiunumq; cibis ingratis fallere uentrem.
Huc adeo euaſit penuria triſtis edendi,
Obdurati animis dum ſe tutarier intra
Clauſtra parant placidæq; negãt ſubmittere paci,
Caſtrenſiq; ſago uitam præferre togatam,
Prouecti ſtudijs, atq; extrema omnia tentant.
Flebilis hinc cunctis acciſis rebus egeſtas,
Et uiolenta fames: hæc finem prima malorum
Deditio. 1524. Attulit exhauſtis, pacemq; orare coegit.
Quam dare deuictis placido non abnuit ore
Immemor offenſæ uictor (uictoria quanq̃
Cederet, & ſtimulos uindictæ ſubderet ira)
Imperioq; ſui ſubiectam Principis urbem
Reſtituit, ſpondetq; fauorem, & fœdere iungit.
Talibus exactis, pictas conſcendere naues
Delectam iuuenũ ſobolem, exploratáq; bello

Pectora

Pectora difficili, & magnum dare uela ꝑ æquor,
Imperat: exigua eſt dictis mora, iuſſa faceſſunt,
Certatimq́; operi incumbunt, & littore curuo
Detrudunt puppes, ac poſcunt numina uotis.
Vt terra abductæ pelagus tetigere carinæ,
Pandunt uela Notis, æquatisq́; ordine remis
Inſurgunt, palmisq́; tumentis cærula uerrũt
Aequoris, it ſalſus per membra halantia ſudor.
Nec ſtudijs tantis cœli iucũda ſereni
Temperies negat euentum, flatuq́; ſecundo
Aeolio uelis inſpirant carcere uenti.
Decurrũt placido ueloces æquore puppes,
Optatam donec curſu labũtur ad oram,
Aduertuntq́; ſolo proras, fundatq́; tenaci
Ancora dente rates. Septem ſubiecta Trioni Trajectus in Scaniam.
Terra mari uicina iacet, dixere Latini
Scandiniam quondam, nũc durat Scandia nomen:
At patria Pulchram lingua uocat incola terram: Schonen quasi Schön!
Diues opum, fœtuq́; ſalis celebrata marini
Squamigero, externis & cognita mercibus oris.
Hanc Dux Holſaticus, per ſaxa ſonantia uectus Anno Domini, 1532.
Nauibus appellit ſaluis, equitesq́; trecentos,
Et quater armatas uda tellure cohortes
Exonerat claſſe, atq́; inuiſam exponit in oram.
His aciem educit conſertam, & protinus agmen
Hoſtis in aduerſum ruit: Illud ductor agebat
Marte Seuerinus tractandisq́; impiger armis, Seuerinus ab Orbi. Norby.
Et ſecũ bello ter quinque trahebat agreſtum

Millia, miranda præſtantia corpora mole,
Suetaq́; ſaxoſam proſcindere uomere terram
Incuruo, & duris operari bobus in aruis,
Tunc induta humeros arma ære ſonãtia grandes.
Talis erat pugnæ facies, fortunaq́; talis
Holſatas urgebat, uel adorti uincere ſtricto
Vt ſcirent gladio, uel certæ occumbere morti.
Non aliud ſperare datum, fuga nulla patebat,
Hoſtibus elapſos tutis quæ ſiſteret oris.
Hinc manus infeſtis hoſtilis cinxerat armis,
Inde maris uaſto circumdabat obice pontus,
His uelut obſeptus clauſtris exercitus ibat.
Sed uia ui patuit. Poſtq̃ dedit ære canoro
Rauca ſonũ tuba, puluerulẽtus ad æthera clamor
Exoritur, ſurgunt animis feruentibus iræ.
Ipſe ſuos pro re paucis affatus in arma
Erigit, hortaturq́; uiros acerrimus heros,
Et uerbis alacrem uirtutem accendit amicis,
Præſentem rerum faciem, diſcrimina lethi
Proponens oculis, opulentaq́; præmia palmæ.
Primus init pugnam, toto imbuit agmine primus
Cæde manum, exemploq́; uiros inſtigat in hoſtem.
Illi ductorem ſtudijs nõ ſegnibus æquant.
Procedunt pedites: poſt illos æquore plano
Effundũtur equi, uolucresq́; hinnitibus auras
Diſiiciunt, rumore animi inflammantur, & iræ
Altius igneſcũt, flagrantiq́; cupidine belli.
Et iam congreßi pugnam flammantibus armis

Cominus

Cominus inuadunt, & tela trementia uibrant,
Opponuntq́; pedes pedibus, denſusq́; uiro uir
Hæret, & obnixi præbent ſua pectora ferro.
Procumbunt utrinq́;, & ſaltu frigida terram
Corpora conſternunt, cædunt, cæduntur & ipſi
Victores uictis, & mũtua uulnera miſcent.
Horrificus cœlum telorum nimbus obumbrat,
Occultatq́; diem, ſumma pugnatur opum ui.
Interea tormenta cauis iaculata cauernis
Igne pilas flammante uomunt ui ſulphuris, illæ,
Fulminis in morem ſæui, rapido obuia curſu
Agmina perrumpunt, & diſcedentia fruſtis
Corpora ſubuectant, liquidasq́; rotata per auras
Deijciunt terris: cœlum tonat omne fragore:
Horreſcit ſonitu tellus, latè antra reſultant
Deſerta, & montes concuſſo uertice nutant:
Ipſum turbatis refugit quoq́; fluctibus æquor.
Anceps pugna diu: namq́; æquus in agmẽ utrũq́;
Mars belli deus, horrendum ſtridentibus alis
Deſuper impendet, nũc his, nunc partibus illis
Aduolat, incertus, quos acri uincere bello,
Et uelit attritis alijs auferre triumphum.
Ille quibus uicinus adeſt, ſuperare uidentur,
Sed quos deſeruit, triſti ſuccumbere clade.
Victores uictiq́; cadunt, æquataq́; pugnæ
Funera ſunt, ſternunt pariter, pariterq́; recũbunt.
Funditur Holſatiæ proles, funduntur agreſtes,
Semper in umbroſis exercita corpora ſyluis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Tandem bellipotens parti Deus annuit æquæ,
Virtutem ducis & uires miratus in armis
Hoſtibus inuictas, ac maſcula facta uirorum.
Tunc niueis aurata comas uictoria pennis,
Bellica ductoris, Cimbros armantis in hoſtem,
Caſtra uolat circum, ſpolijsq; hoſtilibus ornat.
Cæduntur miſeri diuerſa ex parte coloni,
Armis exuti uitaq;, trementia pauci
Terga fugæ nudant: alij ſeſe æquore mergũt
Contiguo, prædæ eſt uictori cætera pubes,
Ductorisq; fidem uicti ſubit agminis autor
Donatus uita: pingueſcunt ſanguine campi
Humano, lateq; rubet maris unda cruore,
Arma uirûm eructãs inhumataq; corpora fundo.
Sic iter inuenit, ſubito turbante tumultu,
Armipotens heros, lethiq; pericula ferro
Diſpulit, infenſumq; caput transmiſit in hoſtis,
Rimatus uirtute uiam: niſi prælia motu
Feciſſet celeri aggreſſus, ſegnemq; repentè
Rupiſſet moram. in ingenti diſcrimine belli
Fortuna mutante fidem res uerſa fuiſſet.
Namq; manum ducens media de plebe coactam,
Ottho Stigeſſen. Nec paruã numero, nõ hinc ꝓcul agminis Ottho
Dux aderat laturus opem: quin protinus hoſti
Cornua iunxiſſet, bello niſi uictus acerbo,
Vel premeret terram, uel haberet munere uitam.
Exiguum cedit ſpaciũ, cùm uictor eodem
Arma die capiens, illũ quoq; Marte cruento
Excipit,

Excipit, & campo uictum profligat aperto.
Sic grauis ingentes bis uictor ſtragis aceruos
Edidit, & binis caſtris totidemq́; potitus
Eſt ducibus, regisq́; oram ſubiecit habenis,
Ignea dum mundum roſei ſemel orbita Solis
Lumine perfundit nitido, ſeq́; occulit undis.
Exin caſtra loco defigit Martia tuto.
Hinc ubi digreſſus, claſſemq́; ferentibus Euris
Per mare deuehitur ſpumans, patriamq́; reuiſit,
Conflictu domitũ primo complexus amore
Ductorem, obſequijs ornat, nec Principe ſolam
Largiri ueniam, uitalis & ætheris uſum,
Quo poterat ſontem ſpoliare, ſed obtinet ultrâ,
Officium longa tradi ditione regendum.
Hoc decus, hæc uirtus placidi uictoris, ut armis
Vincere correptis, hoſtesq́; domare rebelles,
Sic dare ſubiectis ueniam, donare ſalutem:
Nec magis inuictũ dubio præcellere Marte,
Quàm benefacta piũ memorari ob reddita uictis.
At meriti tanti nunq́; memor, oblitusq́; decôris
Transfuga, porrectæ quanq́; illi pignore dextræ
Iuſſerat obſtrictus ſuperos firmare uocatos,
Nec ſcelus indignũ quiſquam ſperaret ab illo,
Dat clam terga fugæ, turpi facta optima labe
Conſpergens, ruptaq́; fide ſe partibus addit
Cæſaris, Auſtriaca qui ſe de gente ferebat
Carolus, & regi pulſo ditione ſororem
Fœdere coniunctam thalami ſociauerat arcto.

De his Severini facinoribus videat Chytræus in Chron. passim, inprimis Lib. XI.

Erui<

Eruit infidos ultor Deus: inclytus armis
Carolus, impulſu Latia rectoris in ora,
Hetruſcis celebrem campis obſederat urbem,
Quam uitreis Arnus mediam perlabitur undis:
Illic Cæſareo dum perfidus agmine pugnat,
Et Martem ciet externis animoſus in oris,
vid. elegans viri hujus epitaphium apud Chytræum jam cit. Occubat, & uacuas animam diſpergit in auras
Aëris, hæc fidei perſoluens præmia fractæ.
At rex pro meritis regno coeunte fugatus,
Interea bellum parat, & iam claſſe profundum
Emenſus pelagus, redit auxiliaribus armis
Inſtructus, raptasq; manu ſibi ſubdere rurſus
Molitur terras: it contrà uiuida bello
Et delecta manus iuuenũ, pugnamq; capeſſit,
Quà iacet hyberno Noruegia proxima ponto.
Vt commiſſæ acies, fit ſtrages aſpera ferro
Vtrinq;, aſpirat iuſtæ uictoria cauſæ.
Ipſe caput belli ſæui inter prælia Martis
Viribus exutus capitur, pœnamq; furoris
Indomiti luit, ut ualidam coniectus in arcem
Exigat æterno captiuam carcere uitam.
Anno Domini, 1532. Hoſtibus oppreſſis, belliq; ſilente tumultu,
Suſcipit exacti regno patruelis habenas,
Quem uox unanimis uulgi procerumq; uocabat,
Inſignis pacis ſtudijs Fridericus & armis,
Aurea pax illo regnante refloruit orbi,
Quà gelido terram deſpectant axe Triones,
Exeruitq; caput, claraq; in luce refulſit
Relligio,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Relligio, pridem turbata frementibus armis.
Ipſa quoq; aſtriferas linquens pulcherrima ſedes,
Frigore canentes terras Aſtræa ſubiuit.
Hic ubi bis quinis geßit rex optimus annis
Imperium, placida gentem ditione gubernans,
Dulces deſeruit terras, ſedesq; receßit
Ad ſuperas, uitam commutans morte caducam: Anno Domini 1533. 10 Apr.
Tresq; æuo natos nondum pubente relinquens,
Et qui ſucceßit Chriſti cognominis hæres
Tertius in regno, florentem ætate uirili.
Corporis imbellis fragili compage ſolutus
Spiritus exultat cœlo, fruiturq; Deorum
Alloquio, & uitam ducit ſine fine beatam.

LIBER SECVNDVS.

ANnus agebatur iam mẽſibus alter abactis,
Ex quo rex animo præſtans, & fortibus auſis,
Reddidit exhalans animam cœleſtibus oris,
Interea regnum uero rectore carebat.
Ecce rati tempus bellantibus utile nactos,
Quos urbs clara uiris opibusq; ſuperba Lubeca
Educat, Holſatiæ bellum, regnoq; propinquo Anno 1534.
Indicunt: iuncti ſocios ſe uiribus addunt,
Albertus, cui torua nigri geſtamen auorum,
Ora bouis ſurgunt clypeo, gens cuius habenis
Vandala parebat, reſidens ad Balthica pugnax

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Littora, Varnouius ſalſis ubi uoluitur undis,
(Oldenburg) Et Comes antiqua ducens cognomen ab arce
Chriſtophorus, gelidis ubi Veſtphala rura Vi-
Sulcat aq̄s ſerpēs, piſcoſoq́; irrigat amne. (ſurgis
Præterea quidam proceres per Danica regna,
Quos ſceleratus amor belli nouitatis amantes,
Pertæſosq́; togæ, capienda mouebat ad arma.
Hos ubi contraxit ſocios, & fœdere iunxit,
Diues opum, belloq́; potens & pace Lubeca,
Ardua dum Danos regni iam cura uacantis
Detinet, & uotis concordibus edere certant,
Imperij cui ſceptra ferant ſine rege relicti,
Infert Holſaticæ bellum perniciter oræ,
Viſa quod exercere prius, quàm uiſa parare,
Et ſubito Cimbros afflictat Marte colonos.
" Nam tribus, Arctoo quæ deſuper axe Triones
" Aſpiciunt, regnis, geminoq́; potita ducatu,
(Lubecensium Scopus et ausus!) " Sperabat Venetæ fieri ſe uiribus urbi
" Poſſe parem, celſis quæ mœnibus æquore ſtructa
" Adriaco, latas terras regesq́; potentes
" Imperio premit, & magnas dominatur in urbes.
At Deus iniuſtis iuſtus nunq̄ annuit auſis,
Succeſſuq́; caret ſtricti uiolentia ferri
Improba, ſæpe ſuis & perdita corruit armis.
Vt patriam uidet, excellens uirtute ſagoq́;
Ranzauius, bello infeſtari, milite dulces
Impleri fines hoſtili, cædibus agros
Fœdari: mentem pietas & conſcia uirtus
Excitat,

Excitat, atq; animo iuſtus dolor æſtuat imo,
Irritans ſtimulis, magnoq; incendit amore,
Improuiſo oram genitalem ſoluere bello,
Et patrijs ſæuum depellere finibus hoſtem.
Non res ulla uiro tanti eſt, quæ ferre uolentem
Auxilium poßit cœptis auertere honeſtis.
Quanquam, dum magnus biſſex per ſigna uolutus
Expedijt curſum Tytan, pede debilis uno
Hæſiſſet ſtratis, nullo tardante dolore,
Induit arma aptans humeris, armisq; coruſcus
In medium ruit, & pede claudus prouocat hoſtem,
Communis ſpe damna leuans priuata ſalutis.
Audentem fortuna iuuat: dum feruidus ira
Ad bellum graditur iuſtum, tergoq; receptus
Bellatoris equi campos metitur apertos,
Ecce, graues nullo fugiunt medicante dolores,
Debilibusq; uigor plantis ſe priſtinus infert,
Prodigio miro, uires & reddit eundi.
Attoniti ſtupuere omnes, ſacroq; fatentes
Numine rem peragi, firmant hoc omine mentes.
Protinus exigua per Cimbrica rura cohorte
Collecta (quoniam ſegnes res arcta iubebat
Præcipitare moras, hoſtisq; in limine pugnans)
Agminibus iungit ducis, in quem debita fato
Tranſtulit extincti poſt Dania ſceptra parentis.
Holſatiæ tellure iacet mons uertice pulſans
Sydera, radices operit calx coctilis imas,
In ſummo turrita iugo ſe nubibus æquat

Johannes podagra laborans, armis indutus prœliando morbum ſimul et hoſtem fugat.

Segeberga

 Arx

Arx uetus, &, uacuo diſcordes æthere uenti
Prælia cùm miſcent, tremebundo culmine nutat,
Teutonicaq́; facit lingua Victoria nomen.
Vulgus ait (uulgo ſi fas eſt credere tantum)
Tartareæ Ditem Stygis umbrarumq́; potentem,
Turbine correptam poſuiſſe cacumine cliui,
Quæ conſtructa prius ſtagno deſederat alto.
Hanc oppugnabant armisq́; uirisq́; potentes
Vndiq́;, quos bello populoſa Lubeca gerendo
Miſerat, & dura cinctam obſidione premebant.
At dux, Holſaticam ducens de more phalangē,
Principe cōiuncto pugnā capit: eſt locus, Oetin
Indigenæ dicunt, hîc exhortatus in hoſtem,
Haſtatas equitum tūrmas, peditumq́; maniplos
Educit, campoq́; ciet congreſſus aperto
Bella manu, multos pallentem mittit ad orcum,
Tranſadigēs coſtas & frigida pectora ferro,
Multos cœnoſo ſpirantes puluere linquit,
Captantesq́; auras, ſed acerbo uulnere uictos.
In medio belli furit arbiter agmine Mauors
Impius, & laxas armorum effundit habenas,
Inſpiratq́; furorem animis: fit maxima ſtrages,
Et protrita tegunt undantem ſanguine terram
Corpora non aliter, quàm lætæ tempore meſſis
Cùm ſegetem curua maturam falce colonus
Demetit, & culmis horrent flauentibus arua.
Obtigit Holſaticis tandem uictoria caſtris,
Deiectiq́; hoſtes gemuerunt æquore toto,

Eutin Episcopi Lubecens. sedes.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Et uicti pulſiq́; fuga per rura citata,
Mars quibus in bello parſit, petiere ſalutem,
Ex numero multis inimica per arua relictis,
Quos pugna cæſos, & uulnera dira ferentes,
Heu nunq́; reduces oculi uidere ſuorum.
Inſuper obſeſſam compulſi uiribus arcem
Deſerere, & magnis affecti cladibus urbe
De propria curas animis agitare tuenda.
Namq́; mari magno contermina mœnia uictor
Cimbricus inuadens, uiolento robore cepit,
Spumoſis intrat quà Trauus fluctibus æquor, Trauemunda.
Vnde, quòd eiectas illic uelut expuat undas
In pelagus, Traui prior ætas ora uocauit.
Tum ualido pugnans ſuperauit milite naues
Subſidio miſſas, murosq́; acceſsit ad altos
Ipſius & foſsis munimina cincta Lubecæ,
Obſidens ſubitis trepidantem cladibus urbem.
Deniq́;, Ranzauio caſtris autore locatis,
Temporis effectum breuis eſt labentibus horis,
Vt fracti ſuperante fame, belloq́; ſubacti,
Illo tentârint abſente expoſcere pacem
Principis, in functi fatis qui ſceptra parentis
Succeſſor tenuit Danos ditione receptus.
Ille gerens, quo dictus erat, ſe nomine dignum,
Et Martem immitem funeſtaq́; bella peroſus,
Proſequitur uenia, pacemq́; petentibus ultrô
Annuit, ipſius nec erat contraria uotis.
Interea faciebat iter Mauortius heros,

Nonnullis peditum cuneis & equeſtribus alis
In Gothiam tendens: Gothiã nemoralibus umbris
Fœcundam, & pecorum fœtu pelagoq; feraci
Præſtantem, & gleba pingui, fortiq; iuuenta.
Huc ducis offenſi ſecum non dura ferebat
Iuſſa, rebellantis motus componere ruris,
Et ſiue ad ruptam ſine cæde reducere pacem,
Siue armis domitos meritis compeſcere pœnis.
Ergo ubi peruentum, uallatam mœnibus urbem
Obſidet Alburgum, qua ſe Clemente rebelles
Nauclero magna turba ductore coloni
Abdiderant, illiſq; tuentibus acriter urbem,
Tandem cum ſocijs expugnat numine fauſto.
Illic egregius cùm dux exempla daturus
Militibus, primos inter conſcendere uallum
Aggreditur, ſuperatq; ferè faſtigia ſumma,
Culmine deiectus proſternitur æquore plano,
Accenſis ira ſocijs mœſtoq; dolore.
Capta exercetur ferrum crudeliter urbe,
Funeraq; ingenti cumulantur plurima cæde,
Exemplo monitura alios, ne frena regentum
Debita detrectent, & ſeditione furentes
Sumant arma manu contrâ, turbentq; quietem.
Ipſe mali caput, & ductor Nauclerus agreſtum,
Incolumi uita capitur, plumboq; corona
Confecta ad morem regis uelatur utroq;
Tempore, ſic demum palo confixus acuto
In liquidas animam ſceleratam reddidit auras.

Sic

Sic idem, qui ſceptra uiris regalia donat,
Aſſerit auxilio, motosq́; in pace tumultus
Opprimit, & pœnas ſcelerum Deus exigit ultor.
Hinc ſua digreſſus uictor tribus agmina ducit
Diuerſis diſiuncta uijs, & rurſus in unum
Conueniunt agrum, terram dixere colentes
Venſhuſel: primis turbatos motibus illic,
Et uario huc illuc trepidantes turbine rerum,
Vt uentis agitata tremit fluuialis arundo,
Recta ſequi ferro iubet, exciſisq́; tumultus
Principibus, flectit reliquos ad munera pacis,
Obſtringitq́; nouo iuratos fœdere regi.
Inde ubi, tranſuectos altum pice nauibus unctis, Anno Domini 1535.
Excipit hyberno pulſata Fionia fluctu,
Hic quoq́;, ſed pauco congreſſus milite multis,
Confertam numero plebem maiore trucidat,
Compellitq́; fuga diſiectam uertere terga.
Exiguum lapſis ſpacium defluxerat horis,
Cum primam ante aciem diuerſa ex parte ferocis
Vectus equi tergo exultat, teq́; acer in uno
Hæret eques, tecum poſcit concurrere ſolus,
Gentis Ranzauiæ ſplendor, te prouocat unum.
Nec mora, Marte petens unum concurrit aperto,
Et ſpumantis equi, lethali uulnere uictum,
Tergore deturbat, fœliciq́; omine ſortis
Venturæ fulua moribundum extendit arena.
Hoc opere exacto (namq́; incitat inclyta uirtus)
Dat reliquis ſignum, ſigno manus effera uiſo
Erigi-

Erigitur iuuenûm, ſubitoq; calore furentes
Inuadunt Martem, & Comitis tendentia contrâ
Agmina, cognomen ueteris cui contigit arcis.
Sic ſuperant bello, geminosq; incauta mouentes
Prælia demittunt letho, & uitalibus auris
Comites ab Hoia et Teklenburg prælio cæſi. Excludunt Comites, caſtris hoſtilibus ipſi
Victores, armisq; uirûm potiuntur, & urbe,
Cui uetus Aſſenſen nomen tribuere priores.
Inde maris uasti Selandia cincta procellis
Carpitur, & pictis ê nauibus egredientes
Excipit armatos, confestim proxima quæq;
Victoris ſubeunt leges ui mœnia capta,
Et loca, quæ bello non eſſet inutile uinci.
Ipſa iterum tentata armis, duce ſicut eodem
Ante exacta duo fuerat quinquennia factum,
Ardua defixis obſiditur Haphnia castris,
Bis coit in ſeptem dum cornua menstrua Phœbe.
Nigra gerens tauri Princeps inſignibus ora,
Et Dominus priſcæ Comes Oldẽburgicus arcis,
Propugnant urbem, molemq; uiriliter omnem
Belli ſustentant, obſtinatosq; labores
Scandentum muros, & culmina prima petentum,
Excipiunt abiguntq;, & amico Cæſare ſperant
Auxilium, dum ſe uilloſa occaſio fronte
Captatæ toties uindictæ accommoda præbet.
Non ea ſpe captis erraret opinio uana,
Herois niſi magnanimi ſolertia prudens,
Ingeniumq; ſagax, iter intercluderet astu.

Namq;

Namq; equitum miſit ualidā peditumq; cohortem,
Qua celebris fama Phriſia Groningia terra,
(Vt perhibēt quidā) Cauchis habitata uetuſtis, Anno Domini, 1536.
Nunc ſe coctilibus tollit circumdata muris,
Et denſis ſepta aggeribus, foſſisq; profundis,
Vincere quas ſperet nemo, niſi frigore triſtis
Stringat hyems, glacieq; rigentes alliget undas,
Ac tunc Cæſareis etiam parebat habenis.
Nō ꝓcul hinc uicus, quē Dam uocat accola terræ,
Hunc iuſsit, quoniā uenientem immitteret hoſtem,
Præcipiti foſſa munire, ac cingere uallo,
Et contra hoſtiles munitum opponere turmas.
Ergo dum proprios malunt defendere fines,
Arbitrium belli dederat quibus arbiter orbis,
Oppidulumq; parant ſtridente repoſcere ferro,
Et ualidis inuiſum expellere uiribus hoſtem,
Non aliena fero populari milite regna
Cura ſubit memor, aut incluſis mœnibus urbis,
Auxilio proficiſci, & longo ſoluere bello.
Imperij ſed enim moderator nobilis armis
Carolus, Oenotrijs Martem exercebat in oris,
Et cum Gallorum magno certamine rege
Pugnabat, cuius regnum ſub legibus eſſet
Parthenopes, quæ ſe iactat Syrenis humatæ
Nomine, Chalcidicosq; ferunt fundáſſe colonos,
Cuius parerent Inſubria mœnia frenis,
Olim quæ Latio (ſic fama eſt) condita Gallis,
A ſue lanigera cognomen adepta reſeruant.

F Inte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Interea quos urbs horrentibus Haphnia caſtris
Circumſeſſa tenet, conſumptis omnibus, aptum
Quæ præbent uictum ueſcentibus ætheris aura,
Tempore deuictos extrema fatigat egeſtas,
Crudelisq́; fames, nec ſpes fouet amplius ulla,
Externis ut opem quiſquam ſibi conferat oris.
Nil aliud ſupereſt, quàm deditione ſalutem
Quærere, uel uita tenues fugiente ſub umbras
Defectu paſtus miſerandæ occumbere morti.
Tandem inopes rerum, belloq́; extrema proteruo
Experti, dedunt urbem, Dux ipſe Comesq́;,
Ad genua offenſi ſeſe prouoluere regis,
Ranzauij properant iuſſu, culpamq́; fateri,
Et ueniam uicti ſubmiſſa uoce precari.
His ita perfectis, uulgi procerumq́; uocatus
Conſenſu unanimi, defuncti ſceptra parentis
Anno Domini 1537. Suſcipit, & regni uacuis ſuccedit habenis,
Tertius hoc Chriſti decoratus nomine Princeps.
Tunc celebri pompa, magna comitante caterua,
Solennes ritu patrio deductus ad aras
Procumbit, gratesq́; Deo pro munere ſoluens
Res peragit ſacras, & fulmineum accipit enſem,
Cum ſceptro, obnubitq́; caput diadema uerendum,
Gemmis diſtinctum nitidis, auroq́; coruſcum,
Orbe quod Eoo fodiunt Garamanthes & Indi.
O quæ tunc urbes, atq; omnis ſubdita ſicci
Gens Boreæ flabris percepit gaudia plauſu?
Ipſi lætitia montes atq; aſpera ſaxa,

Balthicus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Balthicus & Nereus fremuit, fremuere Triones.
Sic poſt exhauſtos terraq; fretoq; labores,
Tandem pax urbes trepidas, pax arua reuiſit
Aurea, trans pontum Martis quam dira Cupido
Propulerat, manſitq; aliquot labentibus annis:
Ipſe licet, memorem ſemel inflammatus in iram,
Carolus haud eſſet nullius cauſa timoris,
Vndiq; qui regni proferre ſtudebat habenas,
Vlciſciq; ſuos armis uictricibus hoſtes.
Collibus apricis æſtas iam quinta coquebat
Turgentes uuas, ex quo moderamina regni
Danica ſuſcepit patri ſucceſſor adempto, Anno Domini 1542.
Ecce atrox ſurgit bellum, trepidoq; tumultu
Extremos hominum Morinos, olimq; potentes
Marte uiros, nunc mutandis augere penates
Mercibus aſſuetos Belgas, genteſq; propinquas
Implicat, irriguo potant qui flumine Moſam,
Et Moſæ infuſum Ruram, Rhenumq; bicornem.
Namq; potens armis moderator & arbiter orbis
Carolus, infeſtis aquilis ſæuoq; petebat
Marte ducem, quo Menapijs poſſeſſa comatis
Terra tenebatur, flauiſq; habitata Sicambris,
Geldria quæ noſtro Mauortia dicitur æuo.
Principis in partes conceſsit lilia Gallus
Trina gerens clypeo, & magno cũ Cæſare bellũ,
Aſtrictumq; fide facto ſibi fœdere iunxit,
Neptem illi ſpondens thalamo ſociare iugali,
Quam ſoror ediderat partu germana puellam

Henrico, regni Nauarræ ſceptra tenenti.
His coniuraret iunctis ſi uiribus ipſe
Tertius, id Princeps fore Danicus utile regno,
Exoluiq; metu diuturno poſſe putabat,
Et longè patrijs auerti finibus hoſtem.
Nec mora, Ranzauium delectum ex oĩbus unum
Ad ducis ablegat iuſsis regalibus aulam,
Illum inter regemq; ſuum, Gallumq; ferocem,
Vt feriat fœdus belli communis in uſum.
Quò ſimulac rerum uenit expertiſsimus heros,
Hoc ſtruere his cœptis, hoc tota mente fouere
Aſtutum ſentit Gallum, qui fœdera pangi
Acrius inſtabat, tricas ut necteret arctas
Cauſarum, Imperij Romani ſceptra tenenti,
Atq; his arceret conſtrictum limite regni.
At ducis hoc rerum uerſari cardine ſortem,
Vt tacitas ludis fallens iuuenilibus horas,
Ipſe cuculligeros inter piger ocia fratres
Duceret, & belli uacuus curisq; ſolutus
Omnibus, hanc ſolis operam mandaret amicis,
Orbati quorum multi ſunt luminis uſu,
Effoßis oculis auri rutilante metallo,
Auriferis lectum quod miſit Iberia ripis,
Vt ducis inſtantem, uel in ipſo limine, cladem
Proſpicere, & magnum uenientis Cæſaris agmẽ,
Ingenti uiſus capti torpore nequirent.
Hæc animo uoluens uir mentis acumine præſtans
Diuinæ, infauſto uinciri fœdere regem

Nolu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Noluit, & moto ſocium ſe aſcribere bello.
Nam ſeries longo prudentem fecerat uſu
Temporis elapſi, memoriq́; hoc pectore fixum
Indiderat, magnos in publica fœdera reges,
Vt res componant priuatas, ſæpè coire,
Atq́; ultrò facili ductos deſcendere cliuo,
Sed raram ſeruare fidem, nec fallere pacta:
Vt non inſcitè (fuerit quicunq́;) loquatur,
Fœderibus magnos inter ſe ludere reges,
Vt pueri ligulis, quas in certamine ponunt,
Momentoq́; leui reddunt adimuntq́; uiciſſim,
Nunc alio inuoluunt, alio nunc flamine tendunt.
Non minus aſſenſu partes tamen implet aperto
Franciſci Regis, miſſurum ſumptibus eius
Emerito bellis legionem milite plenam,
Pollicitus, ſurgit quà culta Brabantia cœlo,
Diues opum, diues portatis mercibus alto,
Quingentosq́; nigros equites, quos Sequana ſæpe,
Segnis Arar Rhodanusq́; celer, magnusq́; Garumna.
Et Tameſis cano ſe fluctibus æquore miſcens,
Externis tremuere plagis in bella ruentes:
Sæpe Padus, Tuſchusq́; Arnus, Tybrisq́; Atheſisq́;,
Tigris et Euphrates, Scythicusq́; cohorruit Iſter.
His ſuper adiecit, ſe perficiente futurum,
Vt grauidam ualidis claſſem rex optimus armis,
Stipatamq́; uiris, in uela cadentibus Euris,

Vaſtatam pelago ſubiectam mitteret oram,
Infera ſurgit ubi riguis Germania pratis,
Aggeribuſq; domās tumidū mare ſeparat aruis,
Ni faciat, clauſumq; coerceat obice uaſto,
Creſcentes rapido tranſcendant uortice fluctus,
Et rapiant hominum ſata culta boumq; labores,
Voluentes undis urbesq; domosq; uirosq;.
Hanc illaturum naues promiſit in oram,
Vt iunctus reliquis immanes Cæſaris unà
Diſtraheret uires, trucibusq; reſiſteret auſis,
Afficiens damnis, poſſet quacunq; nocere.
Tempus ut aduenit, maturo fidus utrumq;
Præſtitit effectu, nec in ulla parte feſellit.
Quas etenim ſtrages legionibus illius auctus
Ediderit, duris Roſſemius acer in armis,
Voluerit ardentes incendia quanta per agros,
Hoſtilem ferro terram populatus & igni
Agricolis, tardis ubi Dilia flexibus errat,
Marmoreoq; rapax confunditur æquore Schalde,
Moſaq; fœcundas humectat flumine terras,
Indicium peragunt obductæ ætate ruinæ,
Teſtanturq; locis ruderum ueſtigia multis,
Et deſolati latè cultoribus agri.
Ipſa peregrinis fama notiſsima cœlo
Mercibus, armorumq; potens Antuerpia, penè
Capta ſecuturo ſemper teſtabitur æuo.
At tepido aduerſis ſpirantibus æthere uentis,
Integra dum ſegetes æſtas maturat adultas,

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Non potuere rates dubio ſe credere ponto,
Sæpius optatis & turgida pandere flabris
Carbaſa, ſed doctos pelagi undarumq; peritos
Per Batauas terras, et quas maris alligat æſtus,
Suſpenſos tenuere malæ formidine cladis,
Veliuola ne ſe patrijs efferre carina
Finibus auderent, & opem præſtare petenti.
Interea, Tytane poli duodena per aſtra
Veloces magnis iterante laboribus annos,
Pacis amans heros aliquot cum Cæſaris egit
Pectoribus fidis, quorum reſpublica ſtabat
Conſilijs, poſſet uia ſiqua reducere iuſta
Fœdera, diſiunctos animis & iüngere paci.
Ante alios omnes iras componere regum
Conatus tecum, Burene togaq; ſagoq;
Inclyte, fulmineis tamen excellentior armis.
Omnia ſucceſſu caruerunt irrita fauſto,
Donec ad antiquam Nemetum proficiſcitur urbē.
Corniger hāc Rhenus liquidis præterfluit undis,
Illius ad ripas ibi conſedêre cohortes
Cæſareæ quondam, deſueto nomine gentis
Induit hinc Spiræ ſibi nomen origine Graium.
Hîc ſocijs iunctis cura uigilante laborans,
Obtinuit, rex ut cum Cæſare legibus æquis
Fœdera ſeruandæ ſocialis pacis iniret,
Donatusq; auro perfecta atq; arte catena,
Cæſaris, ut reliqui, diſceſsit munere lætus.
Hac poſtq; ad patrios remeauit ab urbe penates.

Ecce,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Ecce, quibus totam dominis impendere uitam,
Et magno ardebat ſtudio producere regnum,
Iura duces urbesq́; ſuas, terrasq́; iacentes,
Communes quas diues auus, quas & pater illis
Partitio Ducatus Johanni Rantzovio invisa. Liquerat, in certas partiri ſingula partes,
Diuiſiq́; uidet regni diſſoluere membra.
Diſplicuit, mentemq́; uiri dolor obruit ingens.
Nam minui uires illa ratione putabat
Coniunctas, regni penitusq́; labaſcere robur
Diductum in partes : ut quando faſce ligatæ
Flexibiles uirgæ conſpirant nexibus arctis,
Nulla manus forti potuit diſrumpere niſu,
At ſi complexu diuulſæ forte tenaci,
Et uinclis reſolutæ arctis laxentur eædem,
Vis omnis perit, adductæq́; ad crura recurua
Poſt alias aliæ franguntur robore paruo.
Præterea cinctam colubris horrentibus Aten,
Quæ Dea regnantes populos atrocibus olim
Diſsidijs uertit, reges urbesq́; beatas
Exitio dedit, & totum dat fœda per orbem,
Quâ redit egrediturq́; dies, nec peſtis Auerno
Vlla nigro peior ſuperas euaſit ad auras,
Ne ſolita cauſas rixarum necteret arte,
(Cùm uia ſe rixis aperiret tanta) timebat,
Vt funeſta duces inter diſcordia fratres
Surgeret, interitum quæ non autoribus ipſis,
Sed patriæ toti foret allatura ſupremum.
Quippe ſuum gaudere luem diffundere uirus
In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

In conſanguineos, monumenta perennia dicunt,
Oedipodioniæ fraterno ſanguine Thebæ
Pollutæ, Pelopiſq; domus ſcelerata Pelaſgi,
Cuius ob infandum facinus Sol nubibus abdens
Occuluit caput, auerſis fugitq; quadrigis.
Id metuens, omnes ultrò deponit honores, aula excedit
Principe mandatas ſeu moliretur habenas,
Siue aliqua curam gereret præfectus in ora:
Verùm quæ meritis extremam ad funeris horam
Donata, & ualidis ſcriptis firmata tenebat,
Sola ſibi ſeruat retinens, rerumq; tumultu
Excedit pertæſus, & altam deſerit aulam.
Certum eſt, tranquillum iucundos inter amicos
Coniuge cum dulci cariſq; nepotibus æuum
Ducere, laudatoq; togati more Luculli
Albis aſperſam canis implere ſenectam,
Et placido uitæ ſpacium decurrere curſu.
Tum caſtra impenſis educere ſplendida magnis,
Et gelidis nubes pluuijs imitata madentes,
Quæ ſeros longæ ſoboli tranſmittat in annos,
Et præſens laudet ſæclum, miretur & ætas
Poſtera, præclarumq; uirum cognoſcat in illis.
At princeps animo ſeceſſum paſſus iniquo rege Christiano III. stomachante
Illius, extemplò commutat & abijcit omnem,
Quo prius ingenti complectebatur, amorem,
Imaq; traijciens altæ præcordia mentis
Pungit ſuſpicio, tacitamq; exaſperat iram,
Ipſum propoſiti iuſta ratione moueri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Dum negat, & cauſis alijs aſſcribit, ab aula
Quòd ſe muneribusq́; ſuæ ſubduceret aulæ.
Nec, fallax per quos foueatur opinio regis,
Occulti deſunt inimici: nam uelut umbra
Ardentis radios per ſolis euntibus hæret,
Diuinæ comes eſt uirtuti liuor iniquus.
Adijciunt uanis errori uocibus illi,
Et calcar uiresq́; dolis mendacibus addunt:
Non ſecus, ardeſcit quàm cùm fornacibus ignis,
Cui ualidæ ſpirant taurinis follibus auræ:
Aut ſtimuli, ſonitusq́; tubæ clamorq́;, citatum
Exhortantur equum, quem carcere circus aperto
Excipit, arrectumq́; iubas atq́; ore frementem.
Hic ſcopus, hæc omni præfixa eſt meta labori,
Regis ut obtundant falſis rumoribus aures,
Inueniantq́; uiam, qua ſi perductus iniquam
Arripiat mentem, qui ſeruantiſſimus æqui
In reliquis eſſet, mox omnia pectore facta
Immemor exueret, cæcis mandaret & umbris,
Quæ bonus impendit regno, patriæq́; ſacrauit,
Ingratamq́; malo mercedem ſolueret ære,
Amplis pro meritis illi malefacta rependens.
Sic ea regali tacitis agitantur in aula
Conſilijs: ſed enim, conuerſo Principe qui ſe
Heroi ſtudijs hoſtem fateatur apertis,
Nullus adeſt, morbo non apparente tenentur,
Occultisq́; uiro dant uulnera morſibus omnes.
Hic mos inuidiæ mordacis, at ille doloſæ

Fortu-

Fortunæ, celebres fama factisq́; potentes
Indignis onerare modis, uitæq́; ſupremo
Triſtibus inſontes immergere cladibus actu.
Sic meritis quondam multis ſuper æthera notos,
Præſtantesq́; uiros, fortiſſima pectora bello,
Exigeret finis precium cùm grande laborum,
Et iam iamq́; hærens in lethi limine uita,
Diris inuidiæ telis confixit acerbæ,
Tamq́; dolis altè ſceleratis uulnus adegit,
Ereptas ut opes, quas nulla pericula uitans
Contulerat labor, & læſæ diſpendia famæ
Turpia deflentes, omniq́; ab honore remoti,
Lento tabuerint exhauſti membra dolore,
Mortiferoq́; gelu tenues ſerpente per artus,
Miſcuerint umbris animam pallentibus Orci,
Vdo exhalantem mœſtis ſingultibus ore.
Hanc, quoniam regum non ulla frequentior aulis,
Hiſtoriæq́; docent omnes cuiuſlibet æui,
Exemplis animus rem declarare uetuſtis
Latius, & uerbis euoluere pluribus ardet.
Interea noſtro ueniam da candide lector
Propoſito, cœptoq́; ſinas deflectere curſu:
Sic tibi, quæ reſtant, non ſint oneroſa legenti.
Depulerat Medos claris animoſus Athenis,
Certantes numero cœli fulgentibus aſtris,
Miltiades: teſtis Marathon, & Græcia teſtis,
Græcia ab interitu parua ſeruata cohorte,
Vnus uirtute ducis: non carceris idem

Inuidiæ morſu cæcum detruſus in antrum,
Indignantem animam liquidas efflauit in auras?
Nec prius abſcondi cineres atq; oſſa ſepulchro
Permiſſum (ingratus populus) ꝙ uincula patris
Suſciperet proles, emeret quo pignore corpus.
Per mare, per terras profugus, penitusq; negata
Extorris patria, ſeu rupit ſanguine tauri
Potato, aut hauſta properauit facta cicuta,
Spe fugiente miſer tenebroſa innauit Auerni
Flumina, qui ligno fabricatis mœnibus urbem
Tutari diuûm reſponſo, ac ſcandere claſſem
Theſidas iuſsit, pelagoq; capeſſere bellum.
Atq; hic Arſacidas, ſpirantes faucibus ignem,
Diſiecit bello acciſos, regemq; ſuperbum
Contudit, & uictum docuit dediſcere faſtum.
Huic tellus erat arcta nimis, uaga flumina pran-
Siccabat, tumidũ cõſtrauit pontibus æquor, (dens
Iuncta uelut Seſto æternùm teſtatur Abydos,
Thracius Euxinas ubi Boſphorus impedit undas,
Et nomen ponto Nepheleias abſtulit Helle,
Nubiferos plano montes ſubſidere campo,
AEquatas campis iuſsit ſe attollere ualles,
Deduxitq; rates, ubi Athos prius ibat in auras,
Nec timuit uentos etiam punire flagellis:
Hũc tamẽ ille ſcapha trepidũ, qua mittere naſſas
Fallaces ſolitus liquidas piſcator in undas,
Compulit in regnum Salamine redire relicta.
Quid Pœnũ loquar Annibalẽ? ꝗ fortiter armis
Defen-

Defendens patriam, mordaci rupit aceto
Aërias Alpes, madefecit ſanguine cannas
Romulidum ingenti, ſignis uictricibus ultrô
Iam iamq́; inſultans turbatæ mœnibus urbis,
Concuſſit pauidos magno terrore Quirites.
Nempe hunc expulſum, pro qua pugnauerat, urbe,
Hoſpitioq́; ducis Bithyni in tecta receptum
Nequicquam, fato teres â peiore redemit
Annulus, occultum gemma præbente uenenum.
Quid loquar Annibali contraria ſigna ferentem
Scipiadem, magnis tribuit cui uicta triumphis
Africa cognomen, quo debellante tributum
Pendere Carthago uictamq́; coacta fateri?
Quæ data pro meritis merces, partisq́; trophæis?
Vrbe quôd eiectus, culpa liuoris iniqui,
Deſertis uitam luctu finiuit in agris?
Nec te prætercam Stilico, qui barbarus ortu
Cæſaris eſſe gener meruiſti fortibus auſis.
Arida te tellus Libyæ, te frigidus Iſter,
Te formidauit Rhenus, Myſusq́; Caycus,
Porrexit uictas & Matrona cærulus undas.
Intonſi timuere Getæ, tremuere Geloni
Nomen ad auditum, toruusq́; cohorruit Hunnus.
Hunc tamen occidi ſuccenſus Honorius ira
Cum nato iuſſit: fuit hæc ſors ultima uitæ.
Nec te magne ſinam tacitum, quem nomine Beli
Euehit antiqui notiſſima gloria cœlo:
Aut te, qui Latio ſucceſſor proximus illi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Per duo rexiſti Narſes ſine crimine luſtra
Ingentem Italiam, belliq; tumultibus actam
Reſtituens, pacem peperiſti altamq; quietem,
Dum Geticas armis pellis fundisq; phalanges.
Hunc mulier tandem, quoniam natura uirili
Defecit parte, excuſsis hærentia fuſis
More puellarum iuſsit deuoluere penſa.
Hinc lare priuato miſerum mœrore trahentem
In tenebris æuum, formoſa Neapolis umbras
Vidit adire nigras, Erebiq; inuiſere manes
Cum gemitu, duraq; nimis decedere uita.
Verùm ille ut torto terebratus lumina ferro,
Imperijq; fuit deiectus culmîne geſti,
Fortunas omnes & ſuſtentamina uitæ
Amiſit ſimul, & crudelis adegit egeſtas
Mendicare ſtipem, donec mors, una laborum
Meta quiesq; ægris mortalibus, abſtulit omnes
Extincto ærumnas: nec quicquam profuit illi,
Quòd domuit bello Nabatheæ Perſidis oram,
Quòd ferro Auſoniæ populatas undiq; fines
Vandalicas acies uictor, rigidosq; Tomitas
Contudit, & regem captiuum utrumq; trahentem
Excepit læto Byzantia regia plauſu.
Nec caret exemplis hæc noſtra recentior ætas,
Quamuis inuidiæ plenum memorare putetur.
Sed iuuat ex alijs unum tamen addere multis
Nobilius, noſter quo laudatiſsimus heros

Formi-

Formidanda leuis didicit ludibria ſortis.
Sol ubi feſſus equos in Iberis abluit undis,
Conſaluo (magni cognomen ob inclyta facta
Addiderat miles) nemo præſtantior armis
Noſtrorum celebri maiorum floruit æuo.
Ille ſagittiferos Mauros, ubi diuidit agros
Heſperios Bethis, longè lateq; tenentes
Imperium florens, afflixit duriter armis,
Dum Sol exegit denos pulcherrimus annos:
Eiecit regem, populum deuicit, & omni
Robore nudatum regi ſubiecit Ibero.
Idem res Siculis præclaras geſſit in oris,
Et Latijs Gallos dominantes expulit aruis,
Quaq; mari alluitur ſublimibus ardua muris
Parthenope, pulſos reges in regna reduxit,
Cumq; Saracenis etiam ſua contulit arma.
Attamen extremo fortuna fefellit in actu.
Nam Calabris ductor dum belligeratur in agris
Strenuus, & forti capit oppida multa labore,
Suſpicio regis facilem ſubit improba mentem,
Inſidias regni ſceptris quaſi tenderet aſtu.
Propterea cunctis priuatus honoribus, atq;
Principis imperio patrias abductus in oras,
Exegit reliquum uiuens inglorius æui.
Et quid præterea longo iuuat edere uerſu,
Quos omnes fortuna potens in honore locatos
Extulit, & grandi lapſos infida ruina
Deiecit gradibus, ſecuitq; doloribus annos?

Me

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Me prius & numeri, & numeris parentia uerba,
Deficiant, tempusq́; uolans pernicibus alis,
Quâm deſit fœlix iſtius copia cauſæ.
Scilicet hæc ſors eſt, malefidæ curſus hic aulæ,
Præluſtri multos in culmine ponere rerum,
Ex tenui primùm eductos, & honoribus altè
Euehere ornatos amplis, ac diuite gaza:
Mox opibus demptis detrudere culmine eoſdem
Exiguam ob culpam, uilemq́; reponere rurſus
In ſtatum, & ærumnis onerare ingentibus actos:
Sæpe & cũ gemitu Stygias propellere ad undas,
Cùm lachrymas acresq́; ciet Metanœa dolores,
Supplicium ſumens, curisq́; immanibus angit.
Sic manibus laxata uiri cùm mergitur undis,
Fœta liquore tumet, digitis cùm clauſa recuruis
Comprimitur, ſicco ſitit arida ſpongia uentre.
Præcipuè uirtus generoſa laborat in aulis,
Quæ meritis quando rebusq́; uiriliter actis
Tollitur, excelſoq́; loco delibat honores,
Fœlici ſpacium reſtat breue, dumq́; fauore
Proſequitur princeps, alij torquentur inerti
Inuidia, primasq́; dolent auertere partes.
Nec mora circumſtant odijs immitibus illam
Hinc illinc omnes, ſunt artes mille nocendi,
Mille doli fraudesq́;, quibus pugnatur in unam,
Inſidiasq́; ſtruunt, omniq́; â parte fatigant,
Nec prius abſiſtuut, quàm præcipitata ruina
Corruat ingenti, dum gratia priſtina regis

Deſerit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Deſerit, aduerſoq; odio mutata recedit,
Innocuamq; graui ponat ſub pondere uitam,
Expugnata dolis & deformata dolore.
At manet, et famæ ſeros honor exit in annos,
Liber ab inuidiæ telis, ſortisq; malignæ.
His faciunt exempla fidem. Nec uiuida ſemper
Vincitur inuidia uirtus, quandoq; ruinam
Perpetitur, laqueisq; doloſa calumnia captam
Detinet occultis, donec fugientibus umbris,
Alethea decus cœli Diuûmq; uoluptas,
Reſtituit lucem, fraudesq; reuelat, & omnes
Inſidias pulſa facit innoteſcere nocte.
Tunc iterum uirtus, proprio defenſa uigore
Emicat, & demptas inuicta recuperat amplo
Cum cumulo laudes, nec non faſtigia rerum
Summa tenens caſu euadit ſublimior omni:
Qualis Sol oculus mundi, cùm nubibus atris
Delituit preſſus, reparata luce refulget.
At ſpe deiectus, quam mente ſuperbus opimam
Hauſerat, in caſſes poſitos & retia liuor
Incidit, opprobrijq; gemens diſpendia turpis,
Expendit meritas detecta calumnia pœnas.
Non eget exemplis res hæc quoq;, ſufficit unum,
Quo uelut inuolucro depinxit docta uetuſtas.
Impiger Alcides terras peragrauerat omnes,
Imperio peioris heri, magnoq; labore,
Quàm patet immenſus, monſtrorũ exoluerat orbẽ
Terrore, innumero rubefacta ſanguine claua.

Antæus Libycis (neq; iam potes alma iacenti
Terra parens uires adflare) iacebat arenis.
Ipſe ſuas illaudatus Buſiris ad aras
Conciderat, Thrax ipſe ſua, quos ante ſolebat
Paſcere dirus equos peregrina, morte Tyrannus
Pauerat, ore triſaux uaſto tremefecerat orbem
Cerberus, inſuetam caperent cùm lumina lucem,
Ablueratq; boues iam flumine Tybris Iberas,
Gerione extincto, triplici qui corpore uiuax,
Et totidem mactandus erat per uulnera letho.
Nec te Cace tuæ poterant defendere flammæ
Semifer, ingentem quanquam (mirabile dictu)
Faucibus euomeres fumum, noctemq; profundam.
Fata premunt eadem genitos ex nube bimembres,
Hylæumq; Pholumq;, & Neſſum morte timendũ.
Abſtracta Heſperides deflebãt aurea Nymphæ
Mala, cruentatas cuſtos tepefecerat herbas
Peruigil, & teneras aſperſo ſanguine plantas.
Nec tantũ Hippolyten grauis auro baltheus Indo
Commouet ereptus, quantum, quod uicta, dolori eſt.
Præterea iam multa metum portenta colonis
Sublata abſtulerant ſecum: non æripes ille
Cornibus auratis ceruus, non robore taurus
Horribili, pauidas mentes turbabat agreſtum.
Frondoſa Nemeæ uaſtum ſub rupe leonem
Oppetere, & lato terram conſternere tergo
Viderat, & læto uicinia pectore grates
Egerat Alcidæ: non iam Stymphale uolucres
Amplius

Amplius infamis peregrina morte fouebas:
Non in ſyluoſis Erymanthi collibus aprum
Agricolæ horrebant, pecori & mortalibus ipſis
Edentem ſtrages, ſyluasq; agrosq; domosq;
Vertentem: quin & ſtabulũ, quod ſtercore grãdi
Obruerant ter mille boues, purgauerat heros.
Vſq; adeo nihil excelſum, nihil ardua durum
Formidat uirtus, terram & maria inuia tranat,
In ferrumq; ruit, penetrat per ſaxa, per ignes,
Difficiliq; uiam cliuo pertentat ad aſtra.
Vltimus heroem labor, atq; nouiſsima pugna,
Monſtroſa capitum turba circumſtitit hydra,
Protulerat putri quam pigra uoragine Lerna,
Immanem, & centum numero capita alta mouentẽ.
Huic quoq; congreſſus quoties Tirynthius unum
Eripuit ceruice caput, capitum illa duorum
Penſauit toties damnum robuſtior ortu,
Accreuitq; malo, reparans cum fœnore magnõ
Vulneribus uires, & crebro fertilis ictu.
Quod ſimulac ſenſit magni Iouis inclyta proles,
Abſiſtamus, ait, uanum exercere laborem,
Et ferro peſtem uiolare, haud indiga ferri,
Hoc inuenta die ſtabit uictoria nobis.
Hora reducetur forſan, cùm uiribus iſtis
Vtendum fuerit, ſunt nunc alia arma mouenda.
His dictis ſyluam graditur ſublimis in altam,
Arboreasq; trabes ramoſaq; robora cædit,
Cæſaq; comportat, feſtinatoq; labore

Componit pyram, & ardẽtem ſuper ingerit ignẽ.
Hinc numero horrentem capitũ, linguisq́; triſulcis
Spirantem aggreditur uirus, ualidisq́; lacertis
Corripit in nodum complexus, & erigit altè,
Congeriemq́; ſuper ſyluæ proſternit Echydnam,
Igne domans, nullo potuit quam uincere ferro.
Arguit exemplo doctrinis clara uetuſtas,
Virtuti precium poſt ardua facta ſupremum
Inuidiam reddi, ſupremũ hunc eſſe triumphum,
Hæc eſt dira lues, capitumq́; propagine fœlix,
Hæc meritis claros, peſtis uelut ultima uitæ,
Proculcanda uiros extremo fine laceſsit,
Hæc ictu renouat uires, & uulnere creſcit.
Nam caput ex multis quoties reſcinditur unum,
Bina inſtaurato toties certamine ſurgunt,
Vt primùm inuidia flagrantum concidit unus,
Bella duos armis uideas inferre reſumptis
Protinus, extinctiq́; loco ſuccedere pugnæ.
Eſt uirtus odioſa malis, quicunq́; perenne
Affectat meritis decus, atq́; aſpirat ad aſtra,
Inficit occulto liuentia pectora tabo,
Offundit tenebras laudum dum luce ſuarum,
Obſcuratq́; uiros nulla uirtute ſecundos.
Inuidia hinc oritur nigro ſuffecta ueneno
Omnibus ex factis, ſint laudatiſsima quamuis,
Vlla nec infeſtæ mereantur ſpicula linguæ.
Illa rebellando uinci nequit, omnia belli
Inſtrumenta ſuo ſuperat ſecura ueneno,

Cæde

Cæde recrudeſcit ſemper, uireſq; refectas
Ictibus acceptis geminat, non inſcia fraudis,
Ex cauſis cauſas, ex technis nectere technas.
Solus amor conſtans uirtutis & impetus ardens,
Propoſitumq; animi nullo mutabile caſu,
Hanc ſuperant peſtem, ſolis domitoribus illis
Concidit, æternaq; iacet calcata ruina.
Qualis flamma uorax, poſtq; complexa caducam
Materiem, ſolitamq; faces nutrire coruſcas,
Lento paulatim tenuans depaſcitur igni,
Abroditq; mora ſurgens, piceoq; uapore
Excoquit humentem, donec reſoluta fatiſcat,
Et ſeſe in tenues condat mutata fauillas:
Non ſecus immoto mentis feruore tenacis
Vritur, ac uires abſumpta labaſcit Erynnis,
Et uerſa, ut fumus leuis, euaneſcit in auras.
Tempus enim fraudes aperit, cæcaſq; recludit
Inſidias, tempus fallacia pectora luce
Arguit, inſontes, odio conficta refellens,
Aſſerit, & dignos meritis concedit honores,
Famaq; uirtutis poſt ultima fata ſuperſtes
Æternos manet orbe dies, ac nectare Diuûm
Paſcitur, & nullus configit aculeus illam.
His armis, atq; his etiam bonus artibus heros
Hoc contrà ſtabat mōſtrum, quem carmine nōſtro
Muſa canit, laudum delibans culmina tantùm,
Dum Deus, & uentura dies maturius æuum
Adferat, & digno totas ſinat ore ſonare.

Vt uidet obſtructas falſis rumoribus aures
Principis, infenſumq́; ſuo non crimine factum,
Sed culpa occultisq́; dolis indigna fauentum,
Quanquam ſollicito premit altum corde dolorem,
Fortunæq́; uices gemit: haud tamen excidit omnis
Spes animusq́; illi, penitus ue relinquit egentem
Conſilij, aut duræ ſuadet ſuccumbere ſorti.
Non ſe luctando contra fallacia tela
Obijcit inuidiæ, ſed mandans cætera Diuis
Cedit temporibus, pietate hominesq́; Deosq́;
Obligat, obſequium regi, quodcunq; neceſſe,
Synceramq́; fidem præſtat, ceu præſtitit ante,
Solaturq́; ſuis ſe mens ſibi conſcia factis,
Nunquam deflectens ab honeſti tramite, nunquàm
Virtutis ueræ, ueriq́; oblita decôris.
At rex interea, tacitè creſcentibus annis,
Facta recognoſcens animi penetralibus imis
Magna uiri, & ſecum uoluēs mente atq́; reuoluēs,
Quæ ſibi, quæ patriæ pius impendiſſet amatæ,
Agnoſcit data uerba ſibi, oſoresq́; malignos
Traduxiſſe uirum, qui deflagrantibus ira
Mentibus exoſi, nec præmia digna fauentes,
Innocuum fugerent manifeſto inuadere Marte,
Et uirtute, uelut celſo munimine, ſeptum,
Tantùm perfuſi præcordia nigra ueneno,
Non animaduerſis inferrent uulnera telis.
Miratur ſtabilem, contemptoremq́; malorum
Rebus in aduerſis animum, miratur amore
Omnia

Omnia uirtutis uincentem, & ſemper eundem.
Tandem ſuſpicione omni cunctaq; prioris
Temporis offenſa poſita, ſic fatus ad illum
Ingreditur: Noſtris ſemper fidiſſime rebus,
Perſpexi, quæ te uerſo mihi cauſa fauore
Fecerit inuiſum, quàm te ſcelerata meorum
Prodiderint odia, inſidijs & fraude petitum,
Inuidia quorum mentes furiauit Erynnis,
Vt cùm non meritis uellent confligere fatis.
Nec latet, impulſu qualem te ſortis iniquæ
Præſtiteris, caſus animo firmatus in omnes.
Pœnitet erroris, properatæ pœnitet iræ,
Et dictis habuiſſe fidem fallacibus aures.
Nunc ergo depono, prius mihi ſiqua timenti
Hæſit ſuſpicio, ſubitam uel ſiquis ad iram
Commouit ſtimulus, procul ultrò protinus omnem
Abijcio, ſolitoq; tibi me pectore reddo,
Et magis atq; magis renouato amplector amore.
Tu modò propoſito cœptis hærere tenaci
Ne dubita, natoúe time promittere noſtro,
Exhibitaq; fidem præſens aſtringere dextra,
Si quando dubijs exorta pericula rebus,
Aut alius poſcet caſus, te tempore nullo
Eſſe negaturum ſtudium curamq; fidelem,
Res operam quàm ſæpe tuam turbata requiret.
Talia pollicitus ſeruare teneberis illi,
Si, quæ pro meritis auus & pater ipſe tenenda
Mortis ad extremam mœſtæ conceſſimus horam,

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Non adimens ad ſe mota reuocauerit ira.
Sic non Ranzauium tantùm, ſed te quoq; proles
Regia dictato ſpondenti fœdere nectens,
Promiſſaq; fide dextris utrinq; præhenſis,
Illi reſtituit ſeſe, & noua ſancit amoris
Pacta inſtaurati, poſitaq; redintegrat ira.
Non hunc ulla dies ætasúe uolubilis anni
Suſtulit, aut fera tempeſtas mutauit amorem.
Sed ueluti ingentes adiecerat ante merenti,
Dum mens ſuſpicione uacat, dumq; integer æui,
Sic etiam ſummis in honoribus obſitus æuo,
Placatusq; habuit, nec non dignatus amore
Complecti, hūc cineres perduxit ad uſq; ſupremos,
Et tumulo ſecum moriens contexit eodem.
Ipſe quoque, egregij ſoboles pulcherrima regis,
Filius aduertens, qua ſe conſtringeret illi
Lege parens, animo nequaquam ſpernit omiſſo.
Vtq; erat ingenio præſtans atq; indole rara,
Vt de mente ſua, qua propendebat in illum,
Teſtificaretur, compellat talibus ultrò
Ranzauiū uerbis: Ego te, quæ plurima quondam
Donauere tuis uirtutibus, aut auus, aut hic
Ipſe parens, nunq; factis, uir amice, negabo
Promeritum: quin & meritis leuiora fatebor.
Quocirca non me, quæ iam tibi iuſta laborum
Præmia parta tenes, cuſtodem ſpondeo ſaltem
Perpetuum fore, uerùm illis etiam inſuper addam,
Si placet, & donis cumulabo pluribus auctum.

Illi

Illi ſedato ſic reddit pectore pauca:
Non ego me tanto, dux optime, dignor honore,
Nec merui, uerùm ſi quid uigilantia patri
Profuerit mea, ſi quid auo, nihil amplius oro,
Quàm tuus accedat fauor & tua gratia nobis,
Omnia pro meritis tunc reddita rebor abundè.
Quòd ſi penè iacent abſcondita nocte profunda,
Et tenebris obducta altis, obſtantibus annis,
Illis quæ quondam uigili ſuſcepta labore
Exegi, mecum hæc habitabit cura, meusq;
Primus erit labor, illa nouis extendere factis,
Atq; alijs noctem tenebroſam demere cœptis,
Et claras reuocare iterum ſub luminis auras.
Hinc aliquot poſtq; Tytan compleuerat annos,
Lumine qui terras conueſtit, & æthera magnum,
Oceanumq; uagum, reuehens opera atq; labores,
Et certis ſubigit metis ac digerit annum:
Rex animi præſtans, noſtroq; pijſſimus æuo,
Tabida paulatim conſumptus uiſcera morbo,
Aerumnis (ueluti per dulcem uiſa quietem
Obtulerant, ſomnoq; Deus patefecerat alto) Anno Domini 1559.
Surripitur uitæ durisq; laboribus huius,
Et deſiderium luctumq; relinquit inanem
Pignoribus regnoq; ſuo: patriam ipſe remigrans
Spiritus æthereàm petit, æternamq; quietem,
Fœlicesq; ſubit ſedes, & templa beata,
Sanctorum cœtum fortunatumq; receſſum,
Immortalis ubi pax et ſyncera uoluptas

 Carpi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Carpitur, & nullo contriſtant fata dolore.
Inclyte Rex, quonam ore tuas? quo carmine laudes
Exequar? aut dignis peragam præconia uerbis?
Ante Lycaoniæ ſe condent æquore ſtellæ,
Ante, ſuis Nereus quæ Balthicus excipit undis,
Flumina conuerſo curſu ſe fontibus abdent,
Ante feret cœlum ſegetes, & ſydera tellus,
Quâm tua laus ullo moriens intercidat æuo.
Non ſine præſago fataliq; omine nomen
Dulce tibi Chriſti, dulces tribuere parentes.
Namq; hunc ingenti ſemper complexus amore
Arſiſti, hunc puro coluiſti pectore ſemper.
Illius es cultum, illius tutatus honores,
Dum quis adhuc ſanguis calido, dũ ſpiritus hæſit
Pectore, nunc terris defunctus in ætheris aula
Suſpicis, & propius uultus atq; ora tueris.
Te duce, quà gelido ſurgit contermina ponto
Axis Hyperborei tellus ſubiecta rigori,
Bellorum ſtrepitu pietas extincta reuixit.
Te duce relligio, precio quæ uendita multos
In tenebris annos (infandum) & nocte profunda,
Myſtarum ſcelere immani polluta iacebat,
Auſa caput releuare ſolo, ſe oſtendere cœlo:
Et nunc abſterſis ſyncera perambulat umbris
Frugiferas terras, quas Pharraſis æquore tingi
Neſcia deſpectat ſtellis ſitientibus Arctos.
Tu decus inuictæq; tuis uirtutis imago
Pulchra ſuperſtes eras, nec regem noſtra tulerunt

Sæcula, nec fortaſſe ferent (heu ſæcula prauis
Moribus, & pigro nimium deperdita luxu)
Qui tibi conferri poßit pietate ſecundus.
Te nunc inſequitur ſtudijs imitator honeſtis
Filius, in regni ſuffectus ſceptra relicti,
Et laudes æquare ſtudet uirtute paternas.
Huic annos utinam Pylios indulgeat æuo
Tranquillo Deus, & serò ſuper aſtra reducat,
Non uerear, patrijs ut degener abſit ab actis.
Hac in prole, uelut poſt fata peracta renatus,
Viuis & appares populis: qui nocte ſepultos
Cùm denſa erueres ciues, cultusq; prophanos
Deijceres aris, uerum decus atq; nitorem
Reſtituens, non ſupplicijs ferriúe rigore
Immiti, uerùm frugalis imagine uitæ,
Exemploq; tuo præfulgens, ſponte ſecutos
Apta ſuæ amplecti ſubigebas iuſſa ſaluti.
Non ego te metuam committere regibus iſtis,
Quos magnos magnis ſacra pagina laudib. effert,
Pſalmographo uati, quiq; hoc genitore creatus
Mortales animi donis præcelluit omnes,
Cuius & oppreſſos ſomno ſacer Angelus hoſtes
Nocte trucidauit, nec non qui bella Tyranno
Intentans Phario cecidit tangente ſagitta.
At me deficiat tempus tua dicere facta
Ingreſſum, Princeps pietate inſignis & armis:
Nec locus ipſe tamen præſens ſibi talia poſcit,
Meq; iubet cœpti metam ſpectare laboris

Phœbus, & ad finem recto contendere curſu.
Protinus exempto uiuis Fridericus auito
Nomine ſuccedit, regniq; aſſumit habenas
Filius, hunc uiuus genitor ſignauerat ipſe.

LIBER TERTIVS.

NVnc noua ſe rerum ſeries, nunc carminis ordo
Se nouus oſtendit nobis, bella, horrida bella,
Sunt cantāda iterū, Rex Danicus inclytus armis,
Holſatiæq; potens Princeps quæ geſſit Adolphus
Vnanimi cum fratre ſuo, populumq; rebellem
Ditmaridos terræ ſumptis compeſcuit armis.
Muſa mihi memora, quæ cauſa capeſſere bellum
Impulerit tam iuſta Duces, gentisq; ferocis
Expedias mores, implacatumq; furorem.
Terra iacet, uitreis Albis prælabitur undis
Herbifer, & flatu Boreas trux aſperat acri,
Natura genioq; loci Ditmarſia firma,
Non hominum tātùm impenſis, circùm undiq; foſſæ
Funduntur riguæ, & ſulcant humoribus agros,
Holſatiæq; latus ſtringens confinis adhæret,
Diues agri, diues pecoris, liberrima quondam,
Nunc bello deuicta graui (ſic numinis iram
Pertulit irritans) alienis paret habenis.
Incola depreſſo tellurem uertit aratro,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Et ſegetem ſpargit, pecudes in paſcua ducit,
Figit humo plantas, oris ſe credere raro
Externis ſolitus, nec mercibus æquore uectis
Cogere diuitias, ſed opimas carpere terræ
Omniparentis opes, & agrorum uiuere cultu,
Aut pecorum fœtu ditem componere penum.
Illic inuenias ſubigentes arua colonos,
Corporibus uaſtis magna ſe mole ferentes,
Quales terrigenas, eſt publica fama, Gygantes
Aggreſſos olim manibus reſcindere cœlum,
Montibus aggeſtis, ſuperosq; expellere regno:
Trinacriaue ferunt quales Cyclopas in AEtna
Tela triſulca Ioui, ſtrepitu terrentia mundum,
Igne laborantes terræ fabricare cauernis.
Si tamen hæc quicquam gens robore diſtat ab illis,
Facta quibus maiora fide dant carmine uates,
Eſſe pares ſaltem poterunt crudelibus auſis,
Et uitæ feritate ſuæ, morumq; rigore.
Nam ſi bella Ioui rigidos infanda poêtæ
Titanas mouiſſe canunt, atq; Oſſan Olympo
Impoſuiſſe alto deuexum, & Pelion Oſſæ,
Celſa quibus ſcalis ſtruerent ad ſydera greſſum,
Atq; ipſos manibus poſſent auellere Diuos,
Non capient hac parte fidem, nec talia fas eſt
Credere, naturæ quoniam contraria pugnant.
Non etiam hoc ipſi, quamuis hoc tegmine cælant,
Perſuadere uelint, ſed turpem pingere uitam,
Et diros hominum mores monſtrare malorum:

Qui geniti tellure nihil cœleſte trahebant,
Abiectiq́; humilem, ceu bruta animantia, terram
Spectabant, puram diuini luminis auram,
Siqua ſub exortu primo inſpirata latebat,
Corporis impura penitus grauitate prementes.
Nunquâm tollebant erecti ad ſydera uultus
Candida, in irriſos niſi cùm conuitia Diuos
Impia iactabant, in prælia uoce uocantes
Sacrilega, quicquid capit ardua machina cœli.
Credere mos illis, prono fluere omnia caſu,
Nullos eſſe Deos, ut ſint, tamen eſſe minores,
Nec tanta, ceu fama tenet, uirtute uigentes,
Vt uideant certaq́; regant mortalia lege,
Digna bonis & digna malis qui præmia mittant,
Aut malefacta notent, poſsintq́; arcere nocentes,
Hic à flagitijs quenquam ut deterreat error,
Aut iubeat ſacros aris imponere honores.
Tantùm indulgebant uentri, terræq́; parentis
Muneribus læti ducebant ocia luxu,
Nec leges, nec quẽquã hominũ ſuperûmúe timebãt,
Robore confiſi, tantùm una & dira uoluptas
Semper erat, ferro dare uulnera, uiribus uti,
Tingere cæde manus iniuſta, uiuere rapto,
Ingeniumq́; ſequi, traheret quocunq́; libido.
Sic & Sicania duri Cyclopes in AEtna
Montibus errabant, nulla illi numina, nullas
Horrebant leges, humano ſanguine paſti.
Tales hanc etiam quondam (ſic rumor) agreſtes
Incolu-

Incoluere plagam, uaſto qui robore freti
Corporis, & foßis riguæ munimine terræ,
Subdere ſe nullis, ſtimulante furore, uolebant
Legibus, & nullo legum cuſtode teneri.
Rectoremúe Deum cœli terræq; potentem
Crediderint, dubioúe rapi mortalia caſu,
Ambiguum: legum penitus tamen eſſe negabant
Autorem, uulgoq; rudi reuerenter habendos
Præfeciſſe uiros, populi qui ſceptra tenerent.
Nemo magiſtratu frenari, nemo uolebat
Iure gubernari, ſed quod ſibi quiſque putabat
Eſſe bonum, fas illud erat, qui uincere quenquam
Viribus, hic idem poterat quoq; uincere iure.
Arma illis uice legis erant, robuſtaq; dextra,
Et dubias ferro dirimebant iudice lites.
Vicinis dare damna ſuis, abducere prædam
Vi ualida uictis, armis turbare quietos,
Graſſari in tenues, & auitis pellere fundis,
Enſe repugnantes proſternere, cæde prophanas
Commaculare manus, nullum ſcelus eſſe putabant.
Hoc etiam uiguiſſe loco, melioribus annis,
Nobilitate uiros & equeſtri ſtemmate claros,
Manſuris ueterum ſcriptis monumenta loquuntur.
Improba gens armis omnes aboleuit ad unum,
Hos ferro cæſos uita ſpoliauit, & illos
Sedibus expulſos peregrinas egit in oras.
Quinetiam patrijs excedere finibus auſa,
Holſatiamq; armis ſubito uaſtare tumultu,

Depo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Depopulari agros, nullo cuſtode rebelles
Prædari uillas, ad culmina ſpargere flammas,
Auectisq; ſuos ſpolijs ditare penates.
Imperij frenis uoluit rectore carentem
Subdere cũ quiſquam, ſeu dux ſiue induperator,
Obiecto ſeſe defendit præſule Bremæ,
Quâ madidos piſcoſus agros ſecat amne Viſurgis,
Hoc ſe iactabat domino ſub legibus eſſe.
Non tamen ut uero capiti ſe præbuit unquam,
Aut aliquod ſoluit conſueto more tributum,
Quantumuis eſſet bello deuicta, ſed illum
Promiſsis uanis & ſpe deluſit inani.
Sæpe duces armis celebres & ſanguine clari,
Legitimo ſibi deberi qui nomine terram
Dicebant, gentemq; ſua ditione teneri,
Moliti indomitæ rabiem compeſcere gentis
Effrenem, & longo tandem reuocare furore,
Iuſticiæq; feros mores inhibentis habenas
Inijcere, & iuſto ſuperatam Marte docere,
Agreſtes animos ſubmittere legibus æquis.
Illud geſta docent annalibus eruta priſcis,
AEternumq; iubent ſeros meminiſſe nepotes,
Hos ferus incautos ſumptis circumdedit armis
Incola, munitaq; ſitu regione ſuperbus,
Viribus oppreſſos uita ſpoliauit & armis.
Inſuper indignis crudelia uulnera fatis
Addidit, & terræ uetuit fœdantia campos
Corpora mandari, lachrymis defleta ſuorum.
Marchio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Marchio ſic quondam moriēs miſeranda Rodolpe
Fata peregiſti, ueteri qui rector in æuo
Iura dabas genti: ſic, qui tibi natus ad umbras
Nominis eiuſdem fato quoq; uenit eodem.
Cui data nupta comes, ferro crudeliter aures,
Et nares lacerata, hinc amne abiecta uadoſo,
Triſte miniſterium quamuis inuitus obiret:
Nomine nunc tantùm ſceleris ueſtigia ſeruat.
Holſatiæ Princeps etiam bonus arma Gerhardus
Intulit, & moto uoluit contundere bello
Infrenem populum, qui detrectaret habenas,
Quas ſibi deberi iuſta ratione putabat.
At dum ſucceſſu belli iuuat aſpera nullo,
Quæ Dea ſæpe bonos & cauſas improbat æquas,
Sæpe malis fauet, & cauſis accedit iniquis,
Iamq; ſuo, ſumptis nimis infœliciter armis,
Milite Ditmarſa properat decedere terra,
Ecce ex inſidijs, ut per loca nota latebant,
Ingenti turba circumfunduntur agreſtes,
Obtruncātq; ducem, nec cuiquā ex agmine parcūt,
Sed foſſas implent funeſtis cædibus omnes.
Quinetiam captis adimunt per uulnera uitam.
Holſatiæ clades fuit illa grauiſsima terræ,
Qua iuuenum flos & ſoboles exercita bellis
Occidit, auratiq; ſuo cūm Principe biſſex
Occubuere Equites, tercentum ſanguinis ortu
Conſpicui, numeroq; carens promiſcua pubes.
Huc etiam gentis feritas progreſſa ſuperbæ,

Vt neq; componi tumulis, terraq; recondi
Infauſto ſineret proſtrata cadauera bello:
Sed daret alitibus canibusq; uoracibus eſcam,
Illuuie tetra uirides putreſcere campos,
Et cœli tractus uitiari mallet odore,
Quàm tumulis infoſſa pati ſuccedere terræ.
Ipſius eſt magno uix Principis ære redemptum
Corpus, ut extremo mortis tegeretur honore,
Et quos auratos equites Mars miſerat Orco.
Euentu ſimili bellum ſuſcepit eandem
Ob cauſam, cum fratre ſuo Iohanne Gerhardus
Cimbrorũ Comes, auxilio quibus arma tulerunt,
Et iunxere duces duodeni ſigna potentes.
Nam licet in primo belli fortuna tumultu
Affulſit læta, & ſucceſſu Martis ouantes
Cum ſeptingentis fuderunt mille colonis:
Poſteriore tamen pugna uicere uiciſſim
Agricolæ, biſſexq; duces & bina uirorum
Millia conflictu profligauere ſecundo,
Omnes mactantes ferro, quos non fuga lethi
Faucibus eripuit, patriasq; reduxit in oras.
Sunt tribus adiectis quinquennia dena peracta,
Ex quo Ioannes terra rex Danicus illa
Strage fuit tanta cuncto cum milite cæſus,
Conſtet ut hac ullo uix edita ſæuior æuo.
Tres emenſus iter cœlo Sol abſtulit horas,
Dum gens immani deleuit robore pollens
Hoſtiles acies, tot fecit atrocia ferro

Funera,

Funera, tot madidis inſtrauit corpora campis,
Vix numero poſſent ut conueniente notari.
Nec data ſunt terræ, ſed cùm ſpoliaret acerbus
Cæſorum hinc illic diffuſa cadauera uictor,
Millia corradens aliquot de plebe pedeſtri,
Obruit effoßis raptim congeſta ſepulchris.
Verùm quos aliquo præſignes Martis honore,
Sanguine uel natos illuſtri ſigna docebant,
Flebilis hi campis inhumataq; turba iacebant,
Paſcebantq; feras, & rura cruore rigabant.
Hos, licet offerrent auri graue pondus amici,
Non patiebatur condi gens impia tumbis,
Horrenda ſuperans feritate Scythasq; Getasq;.
Hæc animo uoluens, qui nunc bellacis Adolphus
Holſatiæ cum fratre ſuo molitur habenas,
Dotibus inuicti quo non præſtantior alter
Corporis, aut ſumptis Princeps animoſior armis,
Maiorùm manes ulciſci uindice ferro,
Et gentem inuiſam bello punire parabat.
Nam cùm crudeles clades, & uulnera dira,
Exigeret ſecum repetens, ac pectore triſti
Sæpe recurſaret, quantum pugnacibus eſſet
Dedecus id Cimbris, uiguiſſent laude ferocis
Qui quondam belli, nunc tot paterentur inultas
Tam miſeras cædes, atq; intumulata ſuorum
Funera: conſurgens imo dolor iraq; corde
Turbabant cupidum uindictæ, & conſcia uirtus
Acres uertebat ſtimulos ſub pectore mœſto.

Has etiam iuuit cauſas iniuria uocis,
Qua gens dura Ducis uerbis lacerare proteruis
Non metuit famam, & lingua petulăter abuſa eſt.
Nec timor inceptis illum deterruit ullus,
Quanquam maiores, eadem genti arma mouentes,
Hoſtibus infauſto tribuiſſent Marte triumphum,
Infeſtamq; ſuo tinxiſſent ſanguine terram.
Hos ſed enim ferro properantes fata ſuorum
Vlciſci, magnis illataq; uulnera damnis,
Et populum meritis immitem ſubdere pœnis,
Incauto nimium bello occubuiſſe ſciebat,
Dum iuſtis confiſi armis, cauſæq; benignæ,
Prælia neglecto bellandi more capeſſunt,
Et ſe præcipitant furiatis mentibus ipſi,
In madidas unda & cælatas tegmine foſſas
Gramineo, uariaq; actas ambage lacunas.
Quos ita non nota captos regione uiarum,
Hærentesq; luto rigidis circumſtitit armis
Barbarus, & dira mulctauit morte colonus.
Sperabat ſuperis meliora fauentibus heros,
Iuſta quibus ſumpſit ductoribus arma, ſuasq;
Res omnes & ſe uotis commiſit adorans,
Hi uelut oderunt miſerorum cæde cruentis
Gauiſos armis, iniuſtaq; bella mouentes,
Et dignis onerant pœnis: ſic prælia fauſtis
Æqua iuuant fatis, & læto fine coronant.
Hos etiam, gladij quibus eſt commiſſa poteſtas
Nobilis, officij recto ſi tramite ſiſtunt
Hærentes, nullis aduerſis caſibus actos

Deſtituunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Deſtituunt, omniq; leuant in ſorte labores.
Ergo ubi conſtituit pœnas ultricibus armis
Exigere, & ferro domitam compellere gentem
Imperij ſub iura ſui, dux Marte togaq;
Optimus, & nulli ueterum uirtute ſecundus,
Contrahit occultans ſtudio cogitq; cohortes,
Intentans proprijs inuadere uiribus hoſtem,
Impenſisq; ſuis belli committere ſortem,
Et maius proferre decus, ſi nemo paratam
Poßit communem ſocius præcidere laudem.
Id conceſſurum regem, ueniamq; daturum
Sperabat cœptis, quo ſceptra tenente reguntur
Danica, defuncti lugentem fata parentis,
Quem grauior regni ſuſcepti cura premebat.
Senſerat ingenij cœleſtis acumine præſtans
Ranzauius, longoq; ſenex doctißimus uſu,
Et timet, his orſis ægrum mala nequa cor urat
Suſpicio regis conſanguinitate propinqui,
Aut ipſis interueniat commota ſimultas
Fratribus, unanimi regerent qui pectore terram.
Atq; hic intentus ſtudio conquirit, & acris
Aduocat ingenij uires, atq; excutit omnes,
Illud ut irarum cauſis iter obſtruat ipſe,
Percuſſoq; Duces coniungat fœdere nexos.
Hæc alternanti potior ſententia uiſa eſt,
Compellare uiros, animosq; impellere dictis,
Communem ſubigant iunctis ut uiribus hoſtem.
Huic operæ aſciſcit ſocios, ac uoce diſerta
Conſilium prudens animi communicat illis,

Andream Barbey, Clario qui cultus in antro,
Eloquioq; potens, antiſtitis urbe gerebat
Officium, tenui quæ gentis origine ſurgens
Inter terrarum dominas caput extulit urbes,
Trauus ubi & pulchro Vagneſis labitur amne,
Et natum Henricum, magni qui nominis hæres
Ius dabat Holſaticæ pro rege Vicarius oræ.
Hic uir, hic eſt, amplis animi qui dotibus æquat,
Et pulchra aſſequitur laudes uirtute paternas,
Nulli iuſticia, nulli pietate ſecundus,
Et Muſas etiam doctas dignatus amore.
Hinc, ut Mœonio celebratum Neſtora cantu,
Affectum magnis uenerantur honoribus illum,
Obſeruantq; Duces, & ſumma negocia mandant,
Vt patrem patriæ plebs omnis amatq; colitq;.
Hos ubi coniunxit ſocios, atq; utile cepit
Conſilium, dictis animos pertentat amicis
Ipſe Ducum, & ſuaui permulcet pectora uoce.
Sic operæ parcens nulli rem perficit omnem,
Tres ſimul ut iunctis animis, & fœdere facto,
Signa mouere Duces, & auitum frangere bello
Viribus impenſisq; parent communibus hoſtem,
Maiorumq; uelint manes, inhumataq; multis
Oſſa locis, ferro placare & ſoluere iuſta,
Atq; his inferias hoſtili mittere cæde.
Hanc cladem belliq; graues inſtare tumultus,
Non obſcura feros monuerunt ſigna colonos.
Inſolitæ cœlum, quâ contegit oppida terræ

Ditmaridos, rupere faces, ignesq; ſereno
AEthere fulſerunt, & nocte micantibus aſtris
Arſit ſanguineo metuendus crine Cometes.
Quin fragor auditus cœli per inania magnus
Armorum, belloq; acies concurrere uiſæ.
Vox quoq; non paruo uulgi exaudita timore
Flebilis, inſtantis ſortitos munia belli,
Campani de more ſonus cùm cogeret æris
Ad cœtum, & ſonitu uocali redderet, eheu.
Tam grauis hanc anno cladem præceſſit acerbam
Tempeſtas, crebrisq; fragoribus horruit æther,
Traderet ut letho latitantes gurgite piſces.
At belli ſtrepitus poſtq; conterruit oram
Horridus, oppreſſere ſuum uaga flumina curſum,
Quæ prius undantes errabat larga per agros,
Implebatq; cauas foſſas, procul unda refugit,
Inq; ſuos fontes uelut obſtupefacta receſſit,
Deſtituens ſiccos abſorpto humore meatus.
Nec puteis manare cruor ceſſauit, & acri
Fluctibus aſtrictis cùm frigore conſtitit amnis,
Sanguineum traxit glacies imitata ruborem.
Hæc tamen agricolæ temnunt obtuſa gerentes
Pectora, nec quicquam patrijs portendere credunt
Finibus aduerſum, docuit poſt exitus ingens.
At rex Holſaticiq; duces decernere bello
Vt ſtatuere, parant celeri properata labore, Anno Domini 1559.
Prodigus indomiti Martis quibus indiget uſus,
Militibusq; loco collectis omnibus uno,
Conueniunt, refluis ubi non procul æſtuat undis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Albis, & Hammonis celebrem perlabitur urbē.
Implebant peditum legiones quatuor agmen,
Et qui belligerantur equis ter mille ſedentes.
His ut præficiant, confectis fortiter ante
Spectatum bellis aliquem, factisq́; probatum,
Qui regeret, belliq́; docens præſcriberet artes,
Et ualidos contra cuneos educeret hoſtis
Agmine compoſito, grauis illos cura remordet.
Nec mora, communis ſpacio ſententia paruo
Omnibus eſt, unoq́; legunt concorditer ore
Ranzauium, magnis quem gloria laudibus ornans
Obtulit, inſignem meritis famaq́; uigentem.
Huic fore fortunam, factis illuſtribus illi
Quæ fuit inuictaq́; olim uirtute ſubacta,
Morigeram ſperant, extremaq́; tempora uitæ
Fine ſecuturam læto, palmamq́; daturam.
Ille ducum inprimis animos prouectior æuo
Oppugnat dictis, atq́; auerſatur honorem,
Inualidum fruſtra ſenium prætexere niſus,
Cùm tredecim iam luſtra ferens cōpléſſet & annū:
Tandem conſentit precibus ſuperatus honeſtis,
Et belli curam præfectus ſuſcipit omnem.
Deuenit hoſtiles toto poſtquàm agmine fines,
Huc omnes animi neruos, huc dirigit omnes
Ingenij uires, ut flore uirentis in æui
Cœpta Ducum tardet generoſa timore ſenili,
Atq́; incendentes iuuenilia pectora motus,
Qui tentare manu properarent ardua factu,

Et

Et magnis animis audacem inuadere pugnam,
Conſilijsq́; regat cunctatus & inſtruat aptis.
Tum triplices foſſas, longeq́; hoſtilibus oris
Porrectas numero magno, & munimina terræ
Fortia, captati iubeat cùm temporis illud
Et fortuna loci, cunctis legionibus actis
Tranſcendat ſuperetq́;, & magna clade colonos
Afficiat, poſſent ubi ſe confidere tutos.
Principiô foſſis ualidam cingentibus urbem,
Incola Meldorpam dicit, tribus agmine ſecto
Partibus oppugnat ſimul, ut prænuncia lucis
Tithoni effulſit ſurgens aurora cubili.
Nec prius Heſperio Sol æquore lumina condens
Frena reſoluit equis, & nox radiantibus aſtris
Inducit blandum per languida membra ſoporem,
Quàm, peditum magnis capta conatibus urbe,
Seu lethum ſubeant hoſtes & uincula capti,
Siue loco pulſis fuga ſit matura ſaluti.
Interea ſtrages fuit undiq́; maxima facta,
Nec ſtetit exiguo uictoria ſanguine parta.
Bis ualidis conati irrumpere uiribus urbem,
Bis ceſſere uiris accepta clade repulſi,
Ferrea dum ſternit ſubeuntes grando pilarum,
Sulphure quas nigro cannæ iaculantur ahenæ.
Quin etiam matres (res non indigna relatu)
Expertesq́; tori, per propugnacula ſtantes
Aggeribus, miſtæq́; uiris, detrudere contis
Auſæ irrumpentes, & uulnera ferre, nec armis
Inſuetos piguit circumdare grandibus artus.

L *Thermo-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Thermodontiacas ſic rumor Amazonas olim
Concurriſſe uiris bello, dextramq́; papillam
Ambuſtas celerem neruo intendiſſe ſagittam.
Vt uerò fuſis expugnauere colonis,
Diripiunt, ſtrictoq́; horreſcunt omnia ferro
Ducentum prædas, implentur cædibus ædes,
Implenturq́; uiæ, nec militis effera cuiquam
Parcere crudelis nimium petulantia nouit.
Terra cadaueribus ſquallet, madefacta cruore
Prata rubent effuſo, & manant ſanguine riui.
Sic illa lætus ſucceſſu uictor in urbe
Caſtra locat, ſurgens medio Ditmarſidos oræ
Quæ iacet, Alpinum Boream quâ ꝑcipit, & quâ
Imbribus humentē longiſsima ſpectat ad Auſtrū.
Flos habitat iuuenum binis regionibus iſtis,
Mîlitiæ robur, quos hac ratione diremit,
Agmine ne facto poſſent coniungere uires.
Inde plagam, lecta ſtipante cohorte profectus,
Quæ riguis extenſa locis procurrit in Auſtrum,
Ingreditur, reliquam Mauortia caſtra phalangem
Sub ducibus ſeruare iubet, contraria belli
Ne ſi fortè uiros illic fortuna fatiget,
Quò properat, fortes alia de parte manipli
Auxilio tendant, quibus illa reſiſtere poſsit,
Et procul oppoſitis auertere protinus armis.
Huc ubi peruentum, magno facit impete ſtragem
Ingentem, agricolasq́; truces in bella ruentes
Diſsipat, & fauſto ſuperatos Marte trucidat:
In ſegetem ueluti miſta cùm grandine nimbus

Deci

Decidit, autumno terras ſpoliante feraces,
Canentesq; furente Noto proculcat ariſtas,
Illæ prona ſolo, pluuijs onerantibus undis
Demittunt capita, & letho moriuntur acerbo:
Non ſecus inſano ductor generoſus agreſtes
Proſternit bello, & metitur uulnera ferro.
Quæ ſuperat pugna, nec triſtibus occubat umbris
Turba, manus poſitis uictori porrigit armis,
Incertæ dedens nulla ſe lege ſaluti.
Nam tota legione ſequens uelociter heros
Circuit, elapſamq; fuga, terraq; paluſtri
Fidentem, hinc illinc ſtridentibus obſidet armis,
Vt neq;, quo poßit fugiens euadere pacto,
Ne qua intentantem lethum ui tendere in hoſtem,
Conſpiciat, nihil ante oculos niſi mortis imago eſt.
Pars horum Holſaticas in uincula ducitur arces,
Dum belli ueniat finis, pars manibus Albim
Tranſuecta undantem peregrinis ponitur undis.
Hac debellata poſtquàm tellure reduxit,
Haſtatas equitum turmas peditumq; cohortes,
Caſtra mouet iunctis ducibus, cùm ueſper olympũ
Clauderet, abruptaq; mora contendit ad Heidam,
Candida dum lucent taciturna ſydera nocte.
Vrbs fuit hæc illa quondam celeberrima terra,
Aggeribus longis foßisq; paluſtribus hoſtem
Acceſſu prohibens, qua tota coire ſolebat,
Et celebrare forum notis mercatibus ora.
Non procul hinc, medio iam Sol altißimus orbe
Ceſſerat, & nocti propior diduxerat umbras,

Horaq; dilapſæ ſucceſſerat altera primæ,
Infeſtis glomerati armis animiſq; coloni
Inuadunt equites, tota quos nocte uagatos,
Et medio labente die, labor & grauis æſtus
Fregerat: ingenti ſtudio muralibus actis
Tormentis ſeſe obijciunt, & Marte laceſſunt
Eminus, inſidiaſq; ſtruunt, ferriq; globoſas
Explodunt cannis uiuaci ſulphure glandes.
Intonat hoc æther campiq; fragore reſultant.
Hic dolus ut primùm turmas inopinus equeſtres
Territat, incautaſq; graui diſcrimine uerſat,
Erigit agricolas belli ſpes magna ſecundi,
Atq; animis ſubdit ſtimulos feruentibus acres.
Quales ſublato celeres clamore feruntur,
Et per rura canes errant ſaltuſq; patentes,
Venator poſtq; ſignum dedit ære ſonoro,
Conſpiciuntq; feram luſtris indagine multa
Excitam, alipedem ceruum leporemúe fugacem,
Veloceſq; citis præuertunt curſibus auras:
Non ſecus elati ſucceſſu agitantur agreſtes,
Irrumpuntq; feris animis, pugnamq; capeſſunt.
Nam pedites aberant, magniſq; laboribus acti,
Et rabido Icarij languentes ſyderis æſtu,
Tardo aduentabant curſu: laſſauit equeſtres
Tempeſtas eadem turmas, quas tunc quoq; pugna
Improuiſa loco feſſas urgebat iniquo.
Verùm ubi iam ſeſe firmatis uiribus ira
Collegere iterum, iunctiſq; pedeſtribus alis
Inſtaurata acies, tendunt audacter in hoſtem,

Incur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Incurſuq; uiam faciunt, atq; obuia ferro
Corpora profligant rapiuntq;, tonitrua ſicut
Horrida uibrato proſternere fulmine quercus,
Syluarum decora alta ſolent, & figere campis.
Viribus haud tantis potuere obſiſtere duri
Agricolæ, uerſiq; fuga uel terga dederunt,
Vel fuſi oppetiere atram per uulnera mortem.
Magnanimo cum rege Duces ipſi agmine primo
Belligeris fulgent in equis, armisq; coruſcant,
Qualis cœleſtes inter micat Heſperus ignes,
Et funeſta manu uictrici prælia miſcent,
Vulneraq; ingeminant fera, maiorumq; ſuorum
Manibus hoſtili placantes cæde parentant.
Hos ſtudijs æquat ductores cætera pubes
Acribus, incenſiq; animos fugientibus inſtant
Hoſtibus, & toto palantes æquore cædunt.
Sic media poſtq; turba confuſus Adolphus   Adolphy Dux Gottorpiensis vulneratur.
Vim ciet, & ſæuis animoſus fulminat armis,
Excipit inciſa durum coxendice uulnus,
Quod ualido fecit niſu uibrata bipennis.
Non impune tamen facto lætatus abiuit,
Qui dedit: hunc miſſa cannis nam glande rotunda
Traijcit, & pœnas inimico à ſanguine ſumit.
Morte pares obita cuncti ſoluere coloni,
Quos fuga non feſtina manu ſeruauit ab hoſtis.
Nec potuere tamen diris abſiſtere cœptis,
Et toties magna iam clade quieſcere fracti.
Ter miſeri inſtaurant renouato prælia Marte,
Ter bello uicti ſuccumbunt, donec ad unum

 Robu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Robuſtis omnes uitam poſuere ſub armis,
Forte quibus fuerat patriam defendere cordi.
At reliqui, tutas fuga quos coniecit in oras,
Quas non hoſtiles infeſtauere cohortes,
Se patriamq́; ſuam tradunt uictoribus, atq́;
Supplicibus uitam uerbis pacemq́; precantur,
Accipiuntq́; iugum iam libertate relicta,
Pro qua ſeruanda toties fudere cruorem.
Hunc bello impoſuit finem, agricolasq́; feroces
Quas meriti pridem, pœnis compeſcuit heros,
Et Ducibus nota terram uirtute ſubegit.
Hic cum ueſanos bello contunderet hoſtes,
Non operam dabat hanc ſolam, ductoris ut acris
Impleret partes atq́; experientis in armis,
Qui ſine conſilio nihil attentaret acuto,
Sed potior quoq́; cura fuit, clementis in hoſtem
Affectare ducis laudes, & nobile nomen
Victoris placidi, quo non præſtantius ullum.
Nempe uiros decet eſſe graues placabilis iræ,
Hoc decus, hæc magni laus eſt herois, amicos
Hæc homines facit, & ſuperos deuincit amore.
Quôd ſi ſupplicijs uoluiſſet uictor acerbis
Subdere, uindictam exercens, nec parcere uictis,
Fraterni poterant illum perpellere manes.
Nam fratrem bello profligauere peremptum,
Quod prius hoc lapſis luſtris geſſere coloni.
At uir flexanimus, uindictæ oblitus & iræ,
Cum ſocij fremerent, animisq́; ardentibus omnes
Exigerent captos aboleri uindice ferro,

Oppo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Oppoſuit ſeſe, & dictis odia aſpera mouit.
Quinetiam regem uerbis affatus amicis,
Non ego uos, inquit, Rex inclyte, ſumptibus arma
Arripuiſſe reor tantis, bellumq́; cruentum,
Vt miſeros tantùm letho mittatis agreſtes,
Et bona quos belli uobis fortuna dediſſet,
Protinus hos ferro iubeatis uindice cædi,
Bellantumq́; pati, ſpreta pietate, furorem:
Sed cauſæ impulerint iuſtæ, punire rebelles,
Holſaticæ domitam ditioni adiungere gentem,
Et regni proferre decus, famamq́; tueri.
Hic labor eſt ueſter, credo, hæc ſententia ueſtra.
Si uerò his aliud uobis nunc quæritur armis,
Et gladios fuſo iuuat exercere cruore,
Non hoſtes ueſtros, uobis uictoribus illos
Submiſit fortuna potens, propriosq́; dicauit,
Sed ciues ueſtros, regionis Marte ſubactæ
Membra trucidatis, ueſtras ſpoliatis & urbes.
Hic etiam quaſcunq́; ibit uulgatus in oras
Crudelis rumor, dicent ſitijſſe cruorem
Infeſtis animis, agreſtum ſanguine potos
Nunc tandem longum uos exaturâſſe furorem.
Hoc omnis facto uos deteſtabitur ætas.
Digna uiro uirtus clementia Principe, uulgi
Eximit hæc cœtu, Dijs immortalibus æquans.
At miſeros augere malis, & perdere fractos,
Id faciunt feces hominum peſtesq́; Tyranni.
Certè ego me belli ductorem glorior eſſe
Humanum, non qui miſerorum corpora mactet.

Hæc animo tecum, Rex manſuetiſsime, uoluas,
Et tibi iam uictos ſe proijcientibus, oro,
Indulge ueniam, & rebus melioribus olim
Seruatos, uita per te patiare potiri.
His animum regis per ſe feritate carentem
Impulit, &, cunctis ſibi refragantibus, hoſtes
Quingentos numero captos, quibus omnibus uno
Mors obeunda die communi ſtrage fuiſſet,
Incolumes tutas traduci curat in oras.
Iamq; ubi pacata mens eſt diſcedere terra,
Ecce inter ſeſe coeunt, actiq; furore
Clamoſo pedites, oculisq; hoſtilia fixis
In bona (quanquam illis ſolida uirtute peractum
Nil erat, excepta ſola legione pedeſtri,
Quam ſtudijs belli Schonueſius acer & armis
Duxerat) hos abitu fines mutare recuſant.
Hic iterum uirtus, magno flagrante tumultu,
Emicuit generoſa ducis, motumq; repreſsit.
Nam ſubito quoſdã ex agreſtibus inſtruit armis,
Inq; loca ablegat peditum diuerſa cohortes,
Et porrò abductis tormentis iungit equeſtres
Agricolis turmas: ſic uiq; metuq; coercet,
Atq; aliqua cogit ſine clade relinquere terram.
Hunc niſi ſerpentem primo oppreſsiſſet in ortu,
Non conſediſſet magna ſine cæde tumultus.
Hoc ubi uirtutis ſpecimen Mauortius heros
Extremum ediderat, belloq; ſubegerat hoſtem
Principibus, duros illo finire labores,
Nec ſortem ulterius ſtatuit tentare malignam,

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Sed placido reliquum uitæ traducere curſu.
Contigit, & uoto ſuperi aſſenſere precantis.
Iamq; ſatur uitæ, famaq; ad ſydera notus,
Florentem claudens optato fine ſenectam Anno Domi-
Exceßit terris, placidoq; ſopore ſolutus ni 1565.
Depoſuit uitam, Chriſtumq; abeunte benignum
Implorans anima cœli ſeſe intulit aſtris.
Sed non exceßit totus, pars maxima uiuit
Illius, & toto uix circumſcribitur orbe.
Corporis exuuiæ fletu luctuq; piorum
Elatæ pompa ingenti, tumbisq; ſacratis
Maiorum impoſitæ, tranquilla in pace quieſcunt
Tempus ad exiguum, dum morte reſuſcitet umbras
Chriſtus, & ad iuſtum lituo clangente tribunal
Erigat, ac uitam penſet meliore caducam.
Membrorum exutus uinclis & carcere triſti
Spiritus, Angelicisq; choris animisq; beatis
Intermiſtus ouat cœlo, ſummoq; parenti,
Et nato, amborumq; æquali numine amori,
Ore canit dulci laudes, fruiturq; perenni
Lætitia: ſed uiuit honos à morte ſuperſtes,
Famaq; uirtutis ſuccumbere neſcia fatis
Huc illuc uolat, & totum diffuſa per orbem,
Surgentem ſequitur Solem, ſequiturq; cadentem.
Fortunate ſenex, tu nôras ſcilicet uti
Fortuna, & rebus ſapienter ponere finem,
Nec te fallaci nimium confidere ſorti.
Ergo, qui fuerat te dignus & indole tali,

Exitus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Exitus hic uitæ fuit, & florente ſenecta
Diuitijs & honore potens, in ſancta relatus
Maiorum ſucceßiſti monumenta tuorum,
Teq́ recepiſti patriæ cœleſtis in aulam,
Tranquilla humanos abrumpens morte labores.
Cui melior poſſet uitæ contingere curſus?
Cui melior poſſet uitæ contingere finis?
Munera cum ſumma geßiſti maxima laude,
Vix quibus ornatus quiſquam paris ordinis unq́
Holſatica de gente fuit, fuluoq́ refulgens
Impoſuiſti auro diadema, & diuite gemma,
Inuictis bello tribus ordine regibus, atq́
Pro regni decore ingentes patriæq́ ſalute
Hauſiſti curas, indefeſſosq́ labores,
Nec te iuſticia quiſquam, pietate fideúe,
Armorumúe uſu, noſtro ſuperauit in æuo.
Hinc meritis quæ digna tuis, quæ ſanguine fuſo,
Cepiſti, & iuſta gaudens mercede laborum,
Cum geminis natis, eadem quos inclyta uirtus
Ad ſimiles ex parte tuis prouexit honores,
Et ſpe præclara numeroſa prole nepotum,
Molliter egiſti pacato pectore uitam,
Et grauibus multas ſtatuiſti ſumptibus arces,
Breitenburgum arx olim munitiſſima
Regifico luxu, quibus aut munitior ulla,
Aut eſt Holſatia tota uix pulchrior ulla.
Donec, ubi uiſum ſuperis ſubducere mundo,
Atq́ hinc in ſedes cœli transferre beatas,
Fluctibus ereptum curisq́ ſequacibus æui,

Optato

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Optato matura ſenem mors fine reduxit,
Et placido fatis cedentem funere merſit,
AEternam membris offundens nocte quietem.
Nunc, ciues inter cœli uolucresq; miniſtros,
Colloquio gaudes Chriſti, uitaq; perenni,
Et pedibus ſub te currentia ſydera calcas,
Omnibus exemptus curis, caſtaq; Deorum
Aſpicis humanos miſeratus ab arce labores.
Fortunate ſenex, ergo tua gloria uiuet,
Nota per immenſum, quà Sol redit & uenit, orbē,
Donec in occaſum roſeo uoluentur ab ortu
Sydera, & alternis uicibus mutabitur annus:
Donec erunt, quos facta iuuet præclara ſubire,
Et latices poti Clarios qui laudibus ornent.
Iam mea ſuccedit portu, littusq; carina
Feſſa premit, ſpernitq; minas ſecura marinas:
Ad tua tendentem nunc limina ſuſcipe Muſam,
Qui celebri laudes æquas uirtute paternas,
Ingenio præſtans acri uir & indole rara,
Defeſſæq; uia longinqua porrige dextram.
Nec faciles, precor, illi aures animumq; benignum
Impertire nega, placidaq; has accipe fronte
Primitias, & prima noui tentamina uatis.
Si uerò arrident humili non omnia uerſu,
Et rudis inculto ſordet tibi carmine uena,
Vt non diſpliceat, rogo, mens & prona uoluntas,
Quamuis deſtituant nitentem grandia nerui,
Immenſasq; patris paruo ſic carmine laudes

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Intexi patere, ut cœli terræq́; creator
Omnipotens, grata poſcit qui uoce quibusuis
Laudari, & nunq́; tenuem auerſatur honorem,
Si modò corde pio puroq́; ex pectore manat,
Nil noſtræ quanquam laudis, nihil indiget oris.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]

3538.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3538 4° [45,-198]